





IN  
De  
ti  
A  
A  
A  
al  
a  
  
B  
B  
B  
  
G  
C  
C  
  
a  
c  
c  
c  
c  
c  
c  
c



2. D. B. V. **XXIX.** 30  
DISSERTATIO JURIDICA SOLENNIS  
LOCO INAUGURALIS

*De*  
**BODEMERIA,**

*Quam*  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
**DN. FRIDERICO WILHELMO,**

MARCHIONE BRANDENBURG, ELECTORATUS  
HEREDE. &c. &c. &c.

*IN INCLITA ACADEMIA FRIDERICIANA*  
EX DECRETO ILLUSTRIS FACULTATIS JURIDICÆ  
*P R Æ S I D E*

**DN. HENRICO BODINO,**

POTENT. ELECT. BRANDENB. CONSILIARIO ECCLESIAST.  
IN DUCATU MAGDEBURGENSI GRAVISSIMO, PROFESSORE  
JURIS ORDINARIO, ET FACULT. JURID.

*h. t. DECANO,*

*PATRONO, PROMOTORE AC HOSPITE*  
*SVO DEVENERANDO,*  
**PRO LICENTIA**

Summos in utrôque jure honores & privilegia Do-  
ctoralia quâncunq; capessendi,

*D. XVII. DECEMB. ANNO M DC XCVII.*

*horis ante- & pomeridianis*

**IN AUDITORIO MAJORI**

*Publico Eruditorum examini submittit*

**HENRICUS RADEMIN Hamburgensis.**

*HALÆ MAGDEBURGICÆ,*

LITERIS JOHANNIS JACOBI KREBSII, ACAD. TYPOGR.

ALAMENOR

DEO

*ET*

PATRIÆ

SACRUM.



CUM DEO!

THES. I.



Uanquam diffiteri non liceat, pleraque quæ de Vocis alicujus origine in commune dicuntur, in meris conjecturis consistere, parumque adeò certi de ejus Etymologia afferri posse, nihilò tamen minus investigationem ejus omnino derelin-

quere velle, contra receptum in conscribendis disputationibus morem non minus, quam & imperfectionis signum esse fortè nonnulli judicarent. Et ideo ne statim ab initio in illorum censuram incidam acturus in præsens de BODEMERIA, pauca de origine & natura hujus vocis, qualis nimirum sit & unde descendat, præmittere necessarium esse existimo. Latinam eam non esse nisi terminatione sua, sed germanicam indubitatum erit, quænam vero vox ejus quasi radix sit nondum satis constat; Primum tamen locum, (quod & ab aliis notatum & fere communiter comprobatum esse observavi,) vendicat sibi germanica vox boden quæ carinam seu fundum significat, cum quo convenit antiqua Britannorum vox Bodo seu Bodum quod fundum aut profundum significat teste Cambdeno in Britannia p. 149. Ut proinde quando dicimus Bodemeriam contrahere Germ. bodmen / hoc sit quasi auf den Boden / seu ut loquuntur inferioris Saxonice incolæ op den Bodden of den Riel i. e. in fundum

*Etymologia  
vocis Bode-  
meria*

A

&



& trabem quasi fundamentalem navis pecuniam accipere vel dare. Quamquam enim in hoc negotio tota navis vel pars ejus obligetur; Carina tamen fundamentum navis est & ejus causam tota sequitur proprietatis *l. 6. ff. de Rei Vind.* Hinc carina dicitur *Bodden* / alias *Dat Ruhm int Schip* hoc loco per Synecdochen partis pro toto, sumitur pro totâ nave, prout videre est *in privileg. Hans. Dan. art. 50 dan apud Marquard. p. m. 253. & in Stat. Hamburg. P. 2. tit. 14. art. 7. & in jure maritimo Wyszbycensi art. 40.* Et ideo quicquid in usum navis acceptum vel creditum est, id in carinam seu totam navem acceptum vel creditum esse censeridebet. Atque hinc sunt illæ phrasæ *Bodmen / Geld auff Bodmery nehmen / auff das Schiff bodmen /* & quæ sunt aliæ tam in Statutis Patriæ meæ & aliorum locorum quàm consuetudine & loquendi modò, inter mercatores usitatò, receptæ. Caterum credibile quoque est nec absurdum dicere Bodemeriam vel à voce Germanica *Both* quæ naviculam significat *v. Stypm. de jur. Marit P. 3. Cap. 3. n. f.* unde *Boths-Leute*; vel à vocabulo Germ. *Doort* quod propriè quidem duas extremas navis partes à latere sibi invicem oppositas demonstrat, impropiè autem pro ipsa nave accipitur *v. Ord. Naut. Civ. Hanseat; tit 4. art. 28. Stat. Hamb. P. 2. tit. 15. art. 2.* vel à verbo *betern* *b. e. bessern* seu *verbessern* quoniam Bodemeria plerumque in refectionem navis fit, dictam esse; verum hæc omnia in meris conjecturis consistere in aprico est: nec tamen exinde minus negotio ipsi sua constabit autoritas propositusque scopus, cum ad materiæ tractationem parum vel nihil conferat, sive hanc seu illam vocis derivationem arripere velis, maximè, cum ab ejusmodi lusio-

nibus

(31) (90)  
nibus in jure nostro firmum aliquod argumentum de-  
ducere non liceat.

Th. II.

Sumitur autem vox BODEMERIA potissimum  
tripliciter (1.) & communiter pro ipsis usuris ex pecunia *Bodemeria*  
Magistro navis vel Exercitori mutuo datâ redactis. *homonymis*  
Quoniam enim sub gravioribus usuris pecunia datur, effectus  
adeptus nomen à causa, ipsa usura vocatur BODEMERIA  
prout illud inter alia perspicue ex *Ord. Naut. Civ. Hansf.*  
*tit. 5. art. 8. ib. Den Hauptstuhl sampt der aufgelaufs*  
*fenen Boddemeren / demonstratur Conf. Scypm. P. 4. c. 2.*  
*n. 125. Kurike Comment. ad dict. Ord. tit. 6. art. 1. p. m. 170.*  
quo sensu describitur Bodemeria, quod sit *Usura quae de-*  
*betur ex pecunia nautica juxta modum conventionis v.*  
*Borcholt. tract. de Naut. fœn. cap. 1. n. 2.* (2) sumitur Bode-  
meria pro ipsa re seu pecuniâ à Creditore ad navis usum  
mutuo datâ *Salmas. cap. 2. de Usur. p. 23. 24.* quo sensu de-  
scribitur quod sit *talis pecunia, quam Quis recepto*  
*in se dubii Eventus periculo alicui sub certis usuris tan-*  
*quam periculi compensatione mutuo dat. v. Loccen. de*  
*jure Maritimo lib. 2. cap. 6. n. 2.* (3.) Sumitur Bodemeria  
pro ipso negotio seu contractu quodam mutui inter mu-  
tuantem Creditorem & mutuatarium debitorem inito.  
Et hanc vocis acceptionem nunc nostram facimus  
eamque circiter (perfectam enim definitionem quæ  
à *Angel. Sav. sapiat Philosophicam non promittimus) sic*  
describimus: BODEMERIA *est conventio quædam qua* *Definitio*  
*sub spe majoris lucri certa pecunia vel res alia navigatu-* *Bodemeria*  
*ro mutuo datur, hac lege ut salvâ nave fors cum usuris con-*  
*ventis reddatur, pereunte autem nave nihil penitus de-*  
*beat, relicto sibi hypotheca loco navigii fundò Conf.*  
*Mar-*

Marquard. de jure Commerc. lib. 2. cap. 8. n. 68. Cujus descriptionis singula membra in ipsa tractatione prolixius explicata clarius patebunt.

Th. III.

Synonymia.

Dicitur Bodemeria alias Nauticum foenus l. t. ff. C. de Naut foen. Usura nautica Stypm. P. 4. C. 5. n. 125. modò mutuum navale, Creditum maritimum Nov. 106. pr. l. 6. ff. de Naut. foen. l. ult. C. eod. Sæpissime pecunia trajectitia, quæ omnia tamen quomodo acuratus loquendo à se differant, ex infra dicendis sub affinibus patebunt. Germanis dicitur Boemerie/ Bodmerie/ Bodmeriei/ Bodmereyre. Locen. all. lib. 2. cap. 6. n. 1.

Th. IV.

Pratermissa  
divisione  
nautici foenoris in proprium & improprium  
Consideratur tantum, quòd olim nautici foenoris fuerint tres species.

Quomodo olim Nauticum foenus in proprium & improprium seu terrestre divisum fuerit, hoc quoniam à re nostra alienum pratermittimus, nisi, quæ iterum infra sub Affinibus de eo dicenda sunt. Nunc saltem hoc dicimus quod olim Species Nautici foenoris fuerint tres. PRIMA erat, qua Creditor periculum pecuniæ datæ in se suscipiebat per totam navigationem, quam longa etiam futura esset absque temporis mentione & sic tam in abitum quàm reditum tam in meatum quàm remeatum, nec debitor quicquam reddere obstrictus erat nisi nave salva, ad locum illum à quo solverat, redeunte. Hujus Exemplum est in l. 1. C. de Naut foen. & in l. 122. §. 1. ff. d. Verbor. obligat. ubi quis periculum ex Beruto usque Brentesium & rursus ex Brentesio usque Berutum in se suscepit. SECUNDA Species erat, qua Creditor periculum pecuniæ in se suscipiebat usque ad illum locum quem nave petebat mercator, & sic in abitum saltem & meatum. Cujus Exemplum est in l. 3. C. de Naut. foen. ubi quis





quis ex portu Salonitano pecuniæ periculum usque in Africam suscepit & ita mediæ temporis & regressionis nullum periculum sustinuit; & tunc solutio fiebat Servo qui simul mittebatur *l. 4. §. 1. ff. de Naut. fœn. l. 122. ff. de Verb. obl.* Vel factori Creditoris in eo loco qui petebatur, vel in reditu demum *l. 3. C. de Naut. fœn.* TERTIA Species erat, quæ Creditor saltem per certum tempus & certos dies expressos periculum pecuniæ datæ in se suscipiebat, & tunc, si navis salva in portum venisset, Creditori repetitio pecuniæ datæ cum usuris competebat, si verò navis intra præstitutos dies amissa aut alio modo absque culpa Debitoris periisset, & Suum perdebat Creditor, obligatione quippe, cum non existeret conditio, deficiente. Hujus Speciei mentio fit in *l. 4. ff. de Naut. fœn. ib. post diem præstitutum item l. 6. C. eod. ibi intra præstitutos dies & alibi passim.* Atque hæc quidem tam apud græcos quam Romanos ita servari solitum erat. Hodie quamquam Bodemeria à Veterum nautico fœnore in non paucis distet, cum tamen ea licentia quæ veteribus concessa erat, modo durius modo lenius quoad periculi susceptionem se obligandi nobis hodie adempta non sit, non video quid obstet quin & hodie triplici modo Bodemeriam iniri posse statuamus, prout supra dictum.

*quæ tres species etiam hodie obtinere possunt.*

Th. V.

Causa Efficiens Bodemerix est vel *generalis* vel *specialis*. Generalem quoad rem ipsam & quatenus ut Contractus consideratur æquitatem dico & jus gentium. Ex gentium enim jure omnes omnino contractus qui ad commodam rerum & officiorum in Civili Societate communicationem necessarii & idonei videntur (quorum in numerum sine dubio Bodemerix Contractus referen-

*Bodemerix causa efficiens est vel Generalis scilicet æquitas & jus Gentium.*



*Leges Ci-  
viles, ac Sta-  
tuta civita-  
tum mari-  
timarum*

*vel specia-  
lis scilicet  
consensus  
contrahen-  
tium.*

*Subiectum  
Sodemerie  
sunt, qui  
contrahere  
possunt.*

us est) æstimari certum est. Accedit æquitatis ratio quæ suadet, non solum, ut proximum nostrum pecuniâ nostrâ, sicubi opus est, adjuvemus, sed etiam ut exinde, quod pecuniâ nostrâ quæ alioquin in usus proprios con-verti poterat, diutius carere cogamur, lucrum & commo- dum aliquod sentiamus. Quoad nomen vero & certas qualitates, nimirum quod sub usuris gravissimis, item eò pactò fiat, ut salvâ nave fors cum usuris simul reddatur, pereunte vero nave ipsa etiam fors amittatur, cum tamen aliâs res pereat suo Domino *l. 9. C. de pign. act.* & amisso licet pignore personalis tan. en contra debi- torem remaneat actio *l. 5. C. Eod.* quoad has inquam & reliquas qualitates causa Efficiens Bodemerix gene- ralis sunt leges Civiles, statuta Civitatum maritimarum, nec non imprimis usus & Observantia *Conf. Nov. 106. in pr.* Specialis verò causa Efficiens Bodemerix est Voluntas & Consensus contrahentium, Creditoris sc. pecuniam fœnori dantis & Debitoris sub fœnore eam accipientis, pecuniæ traditione confirmatus.

Th. VI.

Subiectum Bodemerix sunt personæ contrahen- tes, Creditor & Debitor; Creditores sunt illi qui pecu- niam suam fœnori Nautico exponunt, Germ. *welche Geld auf Boddemerey thun* / Debitores sunt qui eam sub fœnore accipiunt. Quanquam autem olim hanc conventionem sub pænâ Caduci pecuniæ datæ in cari- nam, pro dimidiâ parte fisco Civitatum Hanseaticarum, pro alterâ civitati, unde navis proficiscitur, & sub pænâ marcæ auri, si Magister navis hoc fecerit, similiter pro dimidiâ parte applicandâ fisco Civitatum Hanseatica- rum, alterâ Civitati, quò navis dirigitur, fuisse prohibi- tam ex copia manuscripti juris Lubec, articuli, super quò  
Wis-

Wismarienses Senatum Lubecensem ann. 1587. consulue-  
 runt, scribat Stypmannus *lib. 4. cap. 5. num. 93.* Quia ta-  
 men referente eodem Stypmanno l. c. in Responsoriis  
 Senatus scriptum est, hanc prohibitionem jam eo tempo-  
 re fuisse antiquatam, dubium non est, quin istiusmodi  
 Conventio sit licita. De creditoribus igitur generali-  
 ter notandum, quod omnes illi, qui alias contrahere pos-  
 sunt, de quibus vid. Struv. *Exerc. ff. 6. th. 36. & seq.* Ei-  
 dem quoque bodemeriam inire non prohibeantur:  
 quod tamen limites velim (1) Si potestas hæc contrahen-  
 di statuto aut consuetudine restricta sit, prout illud sta-  
 tuto Gedanensi *P. 3. c. 3. art. 19.* quoad peregrinos fa-  
 ctum esse testatur *Kurke ad Ord. Naut. Civ. Hansf. tit. 5.*  
*art. 1.* cujus verba hæc sunt: *Et si autem pecunia hæc Nau-*  
*tica de jure communi ab omnibus non solum promiscue ac-*  
*cipi, sed etiam dari possit, de jure tamen civitatis Gedanen-*  
*sis Naucleris & Exercitoribus licitum non est pecuniam ta-*  
*lem à peregrinis accipere, si per ordinarios proxenetas eam*  
*à Civibus obtinere queant, quod si quis contra egerit pri-*  
*ma vice quartâ pecunie parte, secundâ, parte dimidiâ, &*  
*tertiâ totâ summâ excidere debet.* H. J. (2) limita si di-  
 gnitas & personæ conditio hoc prohibet. Sic olim Præ-  
 sidibus provinciarum pecuniam mutuam dare fœnus-  
 que exercere, quamdiu durabat ipsorum Magistratus  
 non licebat *l. 33. ff. de reb. cred.*, quod jure Codicis am-  
 pliatum est ut neque per Suppositas personas illis id li-  
 ceat *l. 3. C. Si cert. pet.* forte ne Præsides lucri & quæstus  
 amore curam provinciæ negligenter, vel ne per metum  
 potestatis, subditi cogentur cum ipsis negotiari, ex qui-  
 bus forte colligere licet, hodiernis etiam Magistratibus,  
 imprimis iis, qui litibus Bodemerix decidendis præsent,  
 huic negotio vacare jure non licere conf. *Grot. introd. ad*

*nisi his spe-*  
*ciali lege vel*  
*statuto po-*  
*testas Con-*  
*trahendi re-*  
*stricta sit*

*vel dignitas*  
*& conditio*  
*personæ hoc*  
*prohibeat*  
*Sic prohibi-*  
*tu est præsi-*  
*dibus pro-*  
*vinciarum*

Jus-



*Jurispr. Bat. lib. 3. c. 24. §. 2. alle Luieden/ quod quidem de Ju-  
dice & Assessoribus Camerae Imperialis per Ord. Cam. Spir.  
p. 1. tb. 6. §. 1. certum est. Cæterum quid in quaque regione  
usu obtinuerit, respiciendum est. De lege Thebanorum  
vid. Aristoteles 3. Polit. 3. Clericis quoque & Sacerdoti-  
bus pecuniam suam nautico fœnori exponere non licet  
c. canonum 14. qu. 4. quoniam hoc est negotiari, negotia-  
tio autem nimium implicat animum secularibus curis,  
& à Spiritualibus retrahit, sed nemo militans Deo im-  
plicare se debet negotiis secularibus, quamvis si de facto  
nostrorum Sacerdotum quis pecuniam nauticam alicui  
dederit, jure repetendi istam summam cum usuris exci-  
dere eum non dixerim, quid enim si in necessitate Con-  
stituto nemo alius succurrere voluerit aut potuerit? Cæ-  
terum, extra supradictos casus quilibet qui habet libe-  
ram rerum suarum administrationem & alienationem, is  
quoque non prohibetur pecuniam suam fœnori nautico  
exponere, Bodemeria enim est Species alienationis, hinc  
firmiter colligo: Cuicunque non competit facultas  
bona sua alienandi (ut pupillo, prodigo, furioso qua tali,  
minori, filio familias extra bona adventitia & castrensia,  
mulieri non mercatrici.) Eidem quoque interdictum  
est bodemeriam contrahere. Sed de pupillo tutoris au-  
toritate non interveniente dubium non est, quin pecu-  
niam suam fœnori nautico exponere nequeat cum ef-  
fectu scilicet obligandi se debitoribus suis: de eo tamen  
magis dubitatur num id possit pupillus accedente Tu-  
toris autoritate & Consensu, seu num id possit Tutor no-  
mine pupilli? Et puto posse quidem, sed teneri pupillo  
in eventum de omni damno. Modo non Pater pupilli ista  
negotiatione uti solitus fuerit, tum enim arg. l. 13. ff. de Neg.  
gest. tutorem de damno emergente non teneri existimo.*

Assessoribus  
Camerae

Clericis &  
Sacerdoti-  
bus.

Illis, qui  
non habent  
liberam re-  
rum sua-  
rum admi-  
nistrationem.  
Pupillus ta-  
men cum tu-  
toris aucto-  
ritate in  
contractu  
Bodemeria  
se aliis obti-  
gare potest.

VII. Per-



Personæ, quæ pecuniam sub favore accipiunt, *Persona pe-*  
 Germ. welche bodmen / oder Geld auf Bodmeren *cuniam sub*  
 nehmen / sunt Magister navis, Exercitor, & qui Exercito- *favore ac-*  
 ris vice est conductor navis per averfionem. Magister, *ipientes*  
 ita dictus quod magis quam cæteri ad sollicitudinem & *dua priores*  
 diligentiam rerum, quibus præest, adstringatur *l. 57. ff. de* *sunt Magi-*  
*ster navis &*  
*exercitor*  
 V. S. hoc loco est is, cui ab Exercitore totius navis *exercitor*  
 exercitium demandatum est. Dixi ab Exercitore, quod  
 non nego etiam ab eo, qui navim per averfionem condu- *Ille qui na-*  
 xit, Magistrum quem velit, præponi posse, cum per o- *vina per a-*  
 mnia hic habeatur pro Domino navis, & insuper *verfionem*  
 certum sit, etiam ab ipso Magistro alium præponi & sub- *conduxit, ut*  
 stitui posse, quamvis enim aliâs, ubi industria personæ *Verus Do-*  
 electa est, alius substitui non possit, utilitate tamen publi- *minus Ma-*  
 ca suadente, jure quodam singulari hoc ita constitutum. *gistrum*  
 Sæpe etiam tales casus accidunt, ut alium substitui omni- *præponere*  
 nō necesse sit, veluti si prior Magister navis publice re- *potest, navi,*  
 tentus navigare prohibitus fuerit, vel morbo impeditus *& ipse Ma-*  
 navigare non possit, & si quæ sunt alia impedimenta. Am- *gister alium*  
 pliatur ergo prædicta regula (1) etiam si minus idoneus *substituere*  
 sit, qui substitutus est, omnia enim facta Magistri præstare *potest.*  
 debet is, qui eum præposuit *l. 1. §. 5. ff. de Exerc. Act.* si ta- *etiam si sub-*  
 men damni quid ob hanc causam Exercitor patiat, ha- *stitutus mi-*  
 bet eo nomine cum primo Magistro actionem locati, si *nus idoneus*  
 conduxerit ejus operas, vel mandati, si gratuitas operas *fit.*  
 præstet Magister *l. 1. §. 18. ff. de Exerc. Act.* (2) etiam si *vel Exerci-*  
 Exercitor sic Magistrum præposuerit, ne alium ei liceret *tor sic magi-*  
 præponere, aut si nominatim prohibuerit, ne hoc vel *strum præ-*  
 illo utatur Magistro, eoque enim producenda utilitas *posuerit, ne*  
 Navigantium §. 5. *all. l.* & suavit hanc juris singularita- *alium ei li-*  
 tem *ceret præpo-*  
 tem *nere*

B



tem necessitas, ne deciperentur, qui cum Magistro navis, quisquis ille sit, contrahunt, ignari conditionis ejus, de qua ut inquiratur saepe nec locus patitur nec tempus l. 1. pr. ff. d. l.

*Nec opus est, ut Magistro exercitium navis & potestas mutuuum contrahendi expresse concessa sit*

Hinc nullum est dubium, quin ob pecuniam ab istiusmodi Magistro fanori acceptam, was ein solcher Schiffer gebodmet plenarie obligetur Exercitor. Unde palam deducitur non opus esse, ut expressis verbis exercitium navis Magistro demandatum, & potestas mutuuum contrahendi concessa sit, cum & prohibente exercitore utrumque, scilicet mutuuum contrahere & navem efficaciter exercere quis potest, sed de his infra pluribus. Ceterum nihil interest, cujus conditionis Magister sit, liber an Servus, imo nec aetatis habetur ratio, cum omne damnum uti omne emolumentum, quod ex hac praepositione descendit, in Exercitorem redundet.

*Nec status habetur ratio.*

arg. l. 23. ff. de Min. Solent autem hodie non nisi constantes. id est justae aetatis & quidem praestito ab illis de fidelitate juramento, Magistri eligi, quod & nonnullorum locorum statutis Expresse ita cautum.

Th. VIII.

*Differentia inter exercitorem, & magistrum navis.*

Exercitor differt à Magistro navis eò quod Exercitor navis plerumque sit extra navem, Magister vero semper sit in navi; tum, quod ad Magistrum navis nisi simul sit Dominus navis, quicquid inter ipsum & Exercitorem pactum est, tanquam merces, ad Exercitorem vero omnes navigationis fructus perveniant, hinc definitur, quod sit is ad quem omnes obventiones & reditus navis perveniunt.

*Exercitor esse potest qui natum vel lege non prohibetur*

Ceterum Exercitorem esse, est ex genere permissorum, hinc quicumque natura vel lege expresse non prohibetur, Exercitor esse potest; Parvi enim refert juxta Ulpianum l. 1. §. 16. ff. de Exerc. Act. Masculus sit, qui exercet, an femina;

Pater-



Paterfamilias an filiusfamilias vel servus, modo filius fam.  
 Patris, & Servus Domini nomine id faciat *d.l. 1. §. 19.* nec  
 pupillus tutoris autoritate exercitor esse prohibetur *d.l.*  
*1. §. 16.* Mulieribus quoque Exercitores esse & Magistros  
 habere expressè permixtum est *d.l.* nec est quod metuant  
 contrahentes cum famina Exercitrice seu Magistro e-  
 jus: Quamvis enim mulieres ad aliorum Contractus  
 accedentes efficaciter non obligentur, suum tamen ge-  
 rentes vel per se, vel per Mandatarium, dubium non est  
 quin teneantur. De Conjugata autem muliere quid  
 juris sit quæritur; Et quanquam jure Civili illa invito  
 etiam marito in bonis paraphernalibus, in quibus pro-  
 hibente muliere nullam communionem habet maritus  
*l. 8. C. de pact. Conv.* exercere possit. Hodie tamen u-  
 bi juxta plerorumque locorum consuetudines in perpe-  
 tua maritorum curatela sunt mulieres, de bonis suis libe-  
 re disponere nequeunt, inde nec ex Contractu consensu  
 mariti invito obligantur, exceptis palam negotiantibus  
 quæ in negotiatione, quam exercent, se Virosque suos  
 obligandi potestatem habent *Sand. decis. Paris. lib. 2. tit. 4.*  
*def. 3. & 4.*

*Mulier con-  
 gata de jure  
 civili in bo-  
 nis illis, in  
 quibus ma-  
 ritus nul-  
 lam com-  
 munionem  
 habet, exer-  
 citrix esse  
 potest.  
 ubi verò  
 Mulier in  
 curatela  
 mariti est,  
 ibi exerci-  
 trix esse ne-  
 quit*

Th. IX.

Tertia persona quæ pecuniam sub fænore accipit  
 est Conductor navis, qui per omnia habetur loco Exerci-  
 toris, quamvis Dominus navis non sit, modo tamen non  
 partem navis, sed totam navem per aversionem condu-  
 xerit, ut vero in perpetuum navis conducta sit, non est  
 necesse, sed sufficit si ad tempus aliquod ad unam vel  
 plures navigationes id factum sit. Quid autem sit per  
 aversionem conducere, obiter hic explicandum. *Connan.*  
*lib. 7. Com. cap. 10. n. 6.* quem sequitur Marquard de

*Tertia per-  
 sona pecuni-  
 am sub fæ-  
 nore accipi-  
 ens est con-  
 ductor navis*



Explicatio  
conductio-  
nis per aver-  
sionem.

*jure Commere. lib. 2. c. 10. n. 11.* tunc putat per adversionem (non legit averisionem, quanquam hæc lectio fere communiter inter DDres recepta sit) navem conducitur, quando Conductoris periculo conducitur. Aliter explicat *Alciatus lib. 6. παρέρχων c. 28 & lib. 7. c. 11.* Alii ut *Wesemb. tit. ff. de Exerc. Act. n. 4.* *Brunnem. ad l. 1. §. 15. ff. de Exerc. Act.* tunc putant per averisionem navem conducitur, quando non in singulas partes aut ad certum amphorarum numerum, vel sub certo onerum numero vulgo *nach Lassen* / sed integra navis conducitur, Quæ definitio suo stare posset talo, nisi & nonnunquam navis integra sub certo onerum numero vel ad certum numerum amphorarum conducitur posset *arg. l. f. §. f. ff. ad L. Rhod.* ideo ex modo potius conducendi definitionem sumendam esse arbitror, ut navem per averisionem conducere, sit navem integram ita conducere, ut suæ quoque dispositioni eam liberam habeat conductor, ipso Domino navis vel Exercitore penitus excluso *Conf. disp. Dn. D. Barthii de Magistro navis cap. 2. §. 3.* Belgæ hoc negotium suo idiomate exprimunt *by den hoop, sonder maate,* Galli *en Gros,* Latini per averisionem. Rationem nominis quæ non displicet, habet *Cujacius lib. 8. Observ. cap. 15.* quod quasi aversi negotium contrahamus re omni neque perspecta neque benè explorata, nisi malis, quod hoc modo ab Exercitore avertatur quasi administratio navis & periculum. Sed revertamur ad rem

Th. X.

Objecta Bodemeria primò sunt pecunia numerata

Versatur Bodemeria præcipue circa tria. Et primo quidem circa rem quæ favori dari & accipi potest, quæ est vel pecunia vel res alia fungibilis (nisi pecuniam tam late sumere velis, ut ambitu suo comprehendat omnes

res





res quæ pondere numero & mensura constant quemad-  
 modum ea venit in contractum mutui *l. 2. §. 5. ff. de reb.  
 Cred. l. 2. §. 1. ff. si cert. pet.*) uno nomine quantitas, *l. 1.  
 ff. d. pen. leg. l. 10. ff. d. Compens. l. 25. C. Si cert. pet. & c.* Quan-  
 quam enim ut plurimum sola pecunia numerata Germ.  
 baar Geld fænorî detur (unde ab Hug. Grot. *Introd.  
 ad Jurispr. Batav. lib. 3. c. 11.* dicitur: *Bodemerie is Geld* vel alia res  
 leening etc.) alia tamen res regulariter non excluditur. *estimato*  
 In eo enim Bodemeria à mutuo non differt. Unde si *duta.*  
 Creditor pecuniam quidem, quam Magister mutuo ab *ad cuius a-*  
 eo petit, non habeat, frumentum autem vel mer- *stimationis*  
 ces aut alias res certo æstimatas ei vendendas tradat, hoc *prestatione*  
 pacto, ut pretium inde redactum in usum navis conver- *Exercitor*  
 tat & salva demum nave pretium illud vel æstimatam pe- *obligatur,*  
 cuniam cum usuris reddat *arg. l. 1. pr. ff. d. reb. cred. l. 34.* *nec atten-*  
*pr. ff. mand.* dubium non est, quin Exercitor ad præsta- *dendum,*  
 tionem æstimationis obligetur, nec posteriori casu atten- *quanti ma-*  
 dendum erit, an pro tanta pecunia rem, quanti æstima- *gister vendi-*  
 ta est, vendiderit Magister navis nec ne, dummodo res ista *derit*  
 ibi locorum vendi commodè & sic navi usum præstare *sed an in lo-*  
 potuerit *arg. l. f. §. 1. ff. d. Ex. Act.* nam si alio prius trans- *co ubi navis*  
 ferre vendendi gratia necesse habeat res illas, & ante *est, res illa*  
 quam vendantur pereant, vel à Magistro in proprios usus *commodè*  
 convertantur, vix erit dicendum, quod exemplo alterius *vendi potu-*  
 mutui in *l. 4. pr. ff. d. Exerc. Act.* Exercitoris periculo es- *erit*  
 se debeant *arg. d. l. fin. §. 1.* nisi forte alibi se venditurum *si enim res*  
 res istas, ibique ex pretio necessaria comparaturum, ne- *in alium lo-*  
 minem autem isto in loco, à quo mutuare quid possit, *co cum trans-*  
 se habere dixerit magister navis, tunc enim ex æquitate *ferri debe-*  
 nonnunquam Creditori succurrendum esse non nega- *at, & ante*  
 verim. Aliquando etiam ipsæ res quibus Magister na- *venditione*  
 vis est *pereat, & exer-*  
 citoris peri-  
 culum non  
 vis est

vis indiget, ita ipsi credi possunt, ut eas sub fœnore nau-  
tico sibi habeat i. e. ut pretium earum rerum salva nave  
cum usuris solvat, pereunte nave nihil reddat. Utrum  
enim Magister navis rem ipsam qua indiget, an pecuni-  
am, qua istam rem comparare possit, accipiat nihil in-

*Secundò ob-  
jectum Bo-  
demeria est  
ipsa navis*

terest. Secundo versatur Bodemeria circa ipsam navem,  
non solum enim intuitu navis reficiendæ vel alio  
modo adjuvandæ causâ pecunia datur, sed & ipsa na-  
vis vel pars ejus in hoc negotio pro accepta pecunia ob-  
ligari solet, quo respectu fundus navis, *der Schiffsbod-*  
*den/* quando in hoc negotio obligari dicitur, pro ipsa su-

*Nave pere-  
unte nihil  
debetur  
creditori*

mitur nave, uti th. I. dictum, unde pereunte nave quam-  
vis salvo manente fundo, nihilominus nihil debetur Cre-  
ditori, nisi quod ex super existente fundo aliquo modo  
sibi satisfacere possit. Cæterum dixi quidem fundum

*aliud est, si  
merces hy-  
potheca loco  
data sunt*

navis seu ipsam navem obligari, eo ipsò tamen non nego,  
posse etiam merces hypothecæ loco dari, quo casu pere-  
unte nave ex mercibus si hæ salvæ sint, debetur pe-  
cunia, & vice versa, quamvis merces alienatæ, navis tamen

*Tertiò ob-  
jectum Bode-  
meria sunt  
ipsa usura*

adhuc dum obligata manet. Tertio versatur quoque  
Bodemeria circa usuras ex pecunia data Creditori debi-  
tas, quæ autem de his dicenda sunt, ex mox addendis  
patebunt.

Th. XI.

*Bodemeria  
causa for-  
malis  
vel specialis  
vel genera-  
lis*

Nunc ad causam formalem Bodemerix accedimus,  
circa quam notanda sunt ea quæ Bodemeriam constitu-  
unt. Hæc autem sunt vel Specialia i. e. quæ à parte dan-  
tis vel Accipientis pecuniam requiruntur, vel generalia  
quæ à parte utriusque seu in genere ad constitutionem  
hujus contractus requiruntur. Quorum in numero

*cujus gene-  
ralis causa*

primum requisitum est, ut consensu utriusque contra-  
hen-



hentis fiat, unde qui consentire vel naturaliter vel *formalis*  
civiliter non possunt, ab hoc contractu excluduntur. *primum re-*  
(2.) Requiritur, ut res seu pecunia vel ab ipso Creditore *quisitum est*  
vel ab alio ejus nomine tradita sit. Hoc enim Bodeme- *consensus u-*  
ria cum aliis contractibus realibus commune habet, *triusq; con-*  
cum ad ejus quoque perfectionem prater consensum i- *trahentis.*  
psa rei traditio requiratur. Et ideo, si quis se obligaverit, *Secundum*  
vel simpliciter certam pecuniæ summam vel certo tem- *requisitum*  
pore se fœnori daturum, oritur quidem exinde obli- *est traditio*  
gatio, imo hodie etiam actio ad id præstandum vel in- *Ex sola igi-*  
teresse, quod statuto tempore pecunia data non sit, *tur promif-*  
& ideo ab alio eam petere necesse fuerit, consequen- *sione quidem*  
dum, bodemeriam tamen nondum contractum esse *actio datur.*  
non negaverim. Ulti autem in aliis contractibus *Bodemeria*  
ficta traditio habetur pro vera, ita etiam hic, si forte *tamen non*  
creditor debitori pecuniam dederit ad emendum *contrahitur*  
aliquid vel comparandum, & postmodum convene-  
rit, ut eandem pecuniam fœnori nautico habeat debi-  
tor, promissis in quantum convenit usuris: aut si Credi-  
tor debitori clavem forte dederit ad arcam quandam, in  
qua v. g. 1000. thalcri repositi sunt, & dixerit, ut istam pe-  
cuniam ibi repositam fœnori nautico accipiat debitor,  
isque acceptum habeat, non est dubium hanc pactionem  
eundem habere effectum ac si revera traditio intervenis-  
set. (3.) Requiritur ut in navem auf den Boden pecu- *Tertium re-*  
nia credatur, quod si enim ad extraneos usus Magistro *quisitum*  
navis absque obligatione navis pecunia credatur, nego- *formalis*  
tium hoc proprie Bodemeriam dici posse dubito. *causa, ut in*  
Requiritur ut periculum rei seu pecuniæ datæ sit Credi- *navem pe-*  
toris, id est ut pereunte nave pereat etiam pecunia Cre- *cunia cre-*  
ditori, nec vel obulum debitor reddere obstrictus sit. *datur*  
*quartum re-*  
*quisitum ut*  
*periculum*  
*fit credito-*  
*ris.*

Expres-



Ad quod o-  
lim quidem  
expressa  
conventio-  
ne opus erat  
hodiè verò  
illud ex con-  
ventione  
colligitur.

Expressa autem hoc in casu conventionem opus est, ut pecunia periculo Creditoris esse debeat, alioquin si absque hac expressa conventionem, navem, priusquam ad destinatum locum veniat, perire contingat, perit debitori. Hodiè tamen hac expressa conventionem opus esse, non existimo sed sufficere, si Creditor dicat, se velle hanc vel illam pecuniam fœnori nautico dare Er wolle das Geld auf Boddemerei geben. De natura enim Bodmeriæ est ut periculum sit Creditoris. Wer Geld auf Bodmerie gibt / lauft risiko davor frequentissimum est in ore nautarum veriverbium. Unde & Grotius *Introd. ad Jurispr. Batav. l. 3. c. 11.* bodmeriam sic definit: Bodmerie is Geldleening waervan den uytleener het gevaer loopst van de Zee. Nescio ergo quid cogi-

Unde Styp-  
manni diffe-  
rentia in-  
ser pecuniã.  
trajectiti-  
am & Bode-  
meriam mi-  
nus recta est

tarit Stypmannus, quando *p. 4. c. 5. n. 52.* statuit, bodmeriam à pecunia trajectitia inter alia etiam in eo differere, quod in hoc periculum sit Creditoris, non autem in illa, quasi pereunte nave fors cum usuris non reddenda esset? cum non solum expressa lex in *Const. Naut. Civ. Hans. t. 5. §. ultimo.* sed & quotidiana reclamet experientia. Imo, cum usuræ seu fœnus, quod debetur creditori in hoc negotio, utramque faciat paginam, id vero juxta qualitatem & quantitatem periculi æstimeretur: frustraneum sane esset, de minuendis vel augendis usuris contrahentes convenire, nisi ratio periculi ad eum spectet, ad quem spectant usuræ. Sed cum hæc ita vera sint, videamus nunc, quomodo i. e. quousque, à quò tempore, & quale periculum Creditor in se suscipiat, ubi præ monendum est, contingere quandoque posse, ut pro parte tantum periculum ad Creditorem pertineat etiam si omne periculum

lum



lum in se susceperit, & è contrario quamvis v.g. in abitum  
 saltem periculum in se susceperit, non etiam in reditum,  
 tamen si perire navem contingat in reditu, ad eum quo-  
 que spectet pro parte periculum. Veluti si is qui pecu-  
 niam dat & cujus nomine ea accipitur sint socii, quod  
 idem antiquis legibus Rhodiorum navalibus jam cau-  
 tum legitur c. 17. & alibi passim. Quod tamen  
 non intelligas velim de Sociis particularibus extra cau-  
 sam navigationis. Eo enim in casu quando mutuum est  
 contractum non quasi inter Socios, sed tanquam Extra-  
 neos contractum esse intelligitur. Sed quid si ita Socie-  
 tas inita sit ut alter nullius partem damni sentiat, lucrum  
 vero ipsi commune sit, forte quod ille Societati plus con-  
 ferat quam pecuniam, seu pro pecunia operam, ut si re-  
 liquis domi desidentibus solus naviget, & solus pericula  
 subeat? Tunc si contingat ut is cui lucrum est commu-  
 ne, damni verò partes nullas sentiat, à socio mutuam pecu-  
 niam sub fœnore accipiat vel eandem Socio det, pecunia  
 autem data cum nave pereat, perit soli ei cujus est da-  
 mnium *arg. §. 2. Inst. de Societat.* Conventioni enim ab  
 initio inita, si æquitati non contraria, standum, & im-  
 putet sibi Socius alter quod ita societatem inierit. Sed  
 annon ita conveniri potest etiam inter non socios ut nul-  
 lo modo periculum sit creditoris? Resp. posse quidem  
 per *l. 4. ff. d. Naut. fœn. & l. 2. C. Eod. ibiq. Gothofr. 11. 22.*  
 sed uti tum majus legitimâ usurâ fœnus non debetur  
*dd. ll.* ita bodemeriam contractam esse dici propriè  
 non potest. Hæc autem omnia quæ de periculo Bo-  
 demerix hætenus dicta sunt, tantum de eo quod in  
 mari contingit, non etiam alio quovis periculo in-  
 telligenda sunt *l. 3. C. d. Naut. fœn.* Unde si Debitor

*Aliquando  
 pro parte  
 periculum  
 ad credito-  
 rem perti-  
 net, licet ita  
 conventum  
 non sit.  
 quod tamen  
 sub limita-  
 tione intel-  
 ligendum.*

*Si unius So-  
 cii est da-  
 mnium, lu-  
 crum verò  
 commune  
 periculum  
 est tantum  
 illius, cujus  
 est damnum.*

*Quid senti-  
 endum de  
 conventio-  
 ne, ut nullo  
 modo peri-  
 culum sit  
 Creditoris.*

C

pe-



Illud tantū  
periculum,  
quod in na-  
vigatione  
vel mari  
contingit,  
creditoris est  
Maris peri-  
culum  
quodnam  
sit?

pecuniam fœnori datam, antequam ad navis usum ad-  
hibeatur fortuito forte casu perdat, navis autem ni-  
hilominus, postea salva in portum veniat, accepta for-  
te ab alio pecunia, manet adhuc dum obligatus debitor  
ad reddendam pecuniam cum usuris conventis. Quid  
autem sit maris periculum, nondum satis inter omnes  
constat. *Cujacius ad African. p. 346.* naufragium so-  
lum intelligit *ex l. 5. ff. de Naut. fœn. v. alio casu.* Sed quam-  
vis hoc sit frequentissimum maris periculum non ta-  
men solum est; Tutius igitur & verius est per illud intel-  
ligere omne incommodum quod ex navigatione vel oc-  
casionē ejus metui potest. Unde an & huc Piratarum  
vel hostium incursus referendus sit dubitandum non  
est. Quod si tamen navis fœnore onerata absque Ma-  
gistri debitoris culpa (nam si culpa ejus factum sit infam-  
ia notatur juxta *Stat. Hamb. P. 2. tit. 14. art. 44.* & nonnun-  
quam capitaliter punitur per *Ord. Naut. Civ. Hansf. tit. 6.  
art. ult.*) capta sit, & ille navem post adhibitam omnem o-

an & Pira-  
turum &  
hostium in-  
cursus hic  
referendus?

peram & diligentiam recipere non possit tum & hic ca-  
sus ad creditoris dānnum pertinet. Hoc tamen ipsi qua-  
si pro solatio est ut quemadmodum *Stat. Hamb. P. 2. tit. 18.  
art. 5.* cautum, debitor ipsi captam navem aut partem e-  
jus quam fœnore oneravit, teneatur resignare atque  
transportare, verba *all. Stat.* hæc sunt: *Thäte Jemand  
einem Schiffer Geld auf Bodmerei und das Schiff  
würde genommen / also daß der Schiffer desselbigen  
Schiffs nach angewandten möglichsten Fleiß nicht  
könte wiederumb mächtig werden / so soll der Schif-  
fer solch Part welches Er verbodmet / es sey das gan-  
ze Schiff / oder ein Theil desselbigen demjenigen so  
das Geld auf Bodmerey ausgethan transportiren und  
über-*



liberweisen. Cum enim ipse periculum pro sorte quasi e-  
 merit, quicquid expericulo superest id ipsius est. Caterum  
 utrum in ipso itinere, an in portu adhuc sita, parata quam-  
 vis ad navigandum (Germ. Segelfertig) navis pereat, ni-  
 hil referre existimo, modo nullatenus culpa debitoris in-  
 tervenerit, Estenus enim verum est periculum esse Cre-  
 ditoris quatenus sine culpa debitoris quid contingit.  
 Secus ergo est si Vitium debitoris intervenerit, veluti si  
 vel insveto utatur itinere, vel non justo tempore naviget,  
 vel aliò quam debuit naviget, vel non debitam diligen-  
 tiam ad maturandum iter adhibeat, sed moras trahat  
 vel merces prohibitas waeren van Contrabande navi  
 inferat & Vectigal fraudet: his enim casibus amissarum  
 mercium detrimentum, quod non ex marinæ tempesta-  
 tis discrimine, sed ex præcipiti avaritiâ & in civili Debi-  
 toris audaciâ accidisse asseveratur, adscribi Creditori ju-  
 ris publici ratio non patitur l. 3. C. de Naut. fœn. Sed de-  
 bitor, uti mercatoribus & Conductoribus navis ita & cæ-  
 teris Creditoribus omne damnum resarcire tenetur; quod  
 tamen tum demum obtinet, si id à Debitore fiat ignoran-  
 te Creditore, alioquin si sciente & Consentiente illo fiat  
 regulæ generali standum quâ Consensus jus facit l. 40.  
 ff. de legib. Creditor tamen allegans culpam debitoris,  
 juxta tritum: *affirmanti incumbit probatio*, eam probare  
 debet quod apud Græcos & Romanos olim facile erat.  
 His enim moris erat ut Creditor qui pecuniam suam a-  
 licui sub fœnore nautico dabat, simul servum mitteret  
 suo quoque periculo, cujus officium erat videre si quod  
 accidisset in mari utrum id casui & tempestati maris im-  
 putari deberet an culpæ aut dolo debitoris *Stypman. P. 4.*  
*c. 2. n. 23. seq.* Hodie igitur ubi istiusmodi servus non  
 solet

*Periculum  
 etiam tunc  
 est Credito-  
 ris, quando  
 navis adhuc  
 in portu est  
 nisi culpa  
 debitoris in-  
 tervenerit  
 tunc enim  
 periculum  
 Debitoris  
 est  
 Secus, si cul-  
 pa Credito-  
 ris simul ac-  
 cedat  
 Probatio  
 culpa in-  
 cumbit Cre-  
 ditori affir-  
 manti  
 qua probat  
 tio apud Ro-  
 manos faci-  
 lis erat*



*hodie vero  
difficilis est*

*Tempus pe-  
riculi inci-  
pit à mo-  
mento pecu-  
nia data &  
contractus  
perfecti*

*Tempus ces-  
santis peri-  
culi quando  
incipiat?*

*Quintum  
Requisitum  
cause for-  
malis Gene-  
ralis est Sti-  
pulatione vel  
pactum gra-  
viorum usu-  
rarum.*

*Unde si ul-  
tra usuras  
communes  
nihil stipu-  
letur Bode-  
meria con-  
tractus dici  
nequit.*

solet simul mitti, eo difficilius est Creditori allegationem culpæ debitoris probare. Jam quando incipiat periculum quod Creditor suscipit quæro? Et puto incipere hoc à momento eo quo pecunia data & Contractus perfectus est, modo non aliud conventum, pacta enim dant legem contractui. Non autem facio cum iis qui putant tum demum incipere periculum quando navis ex portu solvit, quoniam hoc tum demum procedere puto, si ita expressè inter partes conventum, ut periculum non sit Creditoris nisi post tempus quo navis ex portu solve cæperit. Rursus desinit periculum quando navis salva ad portum destinatum appulit vel quando tempus & dies periculo præfiniti præterlapsi sunt. Discussio itaque sic periculo cessat etiam commodum ratione periculi capiendum, nec, si non statim debitum solvatur, præter legitimas usuras (quæ pro variis locis variant) quicquam debetur *l. 4. ff. de Naut. fœn.*

Th. XIII.

Succedit (5) quintum & ultimum generale Bodemeria requisitum quod est, ut de gravioribus usuris vel stipulatio intercesserit vel pactum. In Eo enim differt Bodemeria à communi mutuo, quod in hoc non debeantur nec peti possint usuræ nisi per stipulationem promissæ, in illa vero ex nudo pacto debeantur; Cæterum quamvis negare non possim, contingere quandoque posse ut quis suscepto licet periculo, præter usuras communes nihil sibi stipuletur, vel paciscatur forte quod beneficium aliquod in debitorem conferre velit, bodemeriam tamen propriè tunc contractam esse dicere non ausim. Sicuti ergo necessarium est ut periculum sit creditoris ita ipsi quoque permittitur gravissimas sibi usuras stipulari quæ *si in compensationem periculi.* Hæc enim sola quidem sed





sed sufficiens ratio est immodicarum usurarum ut proinde nec dubitare saltem quis debeat an hoc foenus nauticum sit licitum nec ne? Nam sicuti naturali rationi conveniens est ut in commoda & pericula amittendæ sortis lucrum aliquod comiteretur *l. 10. ff. de R. I.* ita accedit ipsius Juris Civilis & inveteratæ apud innumeras gentes consuetudinis autoritas, ut taceam tot & tantorum Theologorum confirmationem qui omnes approbant ut Creditor possit aliquid accipere ultra sortem propter susceptum periculum v. *Molin. ad Usur. qu. 3. n. 97.* Objicitur quidem ex jure Canonico notissimum *caput 19. X. de Usur.* ubi Gregorius Pontifex ita ait: *Naviganti vel Eunti ad nundinas certam mutuans pecunia quantitatem eo quod suscepit in se periculum recepturus aliquid ultra sortem usurarius est censendus.* Sed non puto opus esse circa resolutionem hujus capituli multis desudare, cum non solum id jam fecerint alii multi v. *Molin. de Usur. qu. 3. n. 95. Covarruv. Var. Res. lib. 3. tom. 2. cap. 2. Fachin. lib. 2. Controv. cap. 48. Loccen. de jure marit. lib. 2. cap. 6. §. 3.* sed etiam Experientia testetur moribus omnium gentium quin & in ipsis Romanæ Ecclesiæ terris capitulum hoc abrogatum esse referente Paulo Busio *Comment. in tit. ff. de Naut. fan.* Cum itaque certum sit ob susceptum periculum graviores accipi posse usuras, an ideo infinitas stipulari licitum erit? Veteribus quidem legibus quantitatem harum usurarum non fuisse definitam constat ex *l. 26. C. de Usur.* sed prout majus aut minus appareret periculum ita majores aut minores licebat accipere usuras idque tam apud Græcos quam Romanos v. *Salmas. cap. 9. de mod. Usur. p. 380 & c. 5. p. 118. 218.* & passim. Justiniano tamen ad pensandum Creditoris periculum visa est sufficere centesima & ideo in Imperio suo

Ratio permissarum graviorum usurarum

Responsio ad cap. 19. X. de usur.

Legibus antiquis permissum erat, usuras stipulari infinitas.



*secundum  
Jus novum  
Justinian-  
eam usura  
ad centesi-  
mam redu-  
cta sunt.*

usuras ad centesimas reduxit l. 26. C. de Usur. i. e. ut una uncia singulis mensibus atque ita duodecim pro centum per totum annum præstarentur; & quanquam postea huic legi derogarit Justinianus per Nov. 106 approbando quasdam pactiones in fœnore Nautico receptas quibus contrahentes excedebant usuram centesimam: hæc tamen Novella iterum per Nov. 110. abrogata est & ad centesimas iterum reductæ sunt usuræ; quamvis alii per Nov. 110. antiquam licentiam in quantas quis vellet usuras percipiendi restitutam esse existiment. Quicquid sit hodie utique indeterminata est hæc usuræ quantitas, adeò, ut ratione periculi subeundi vel 50 pro centum liceat capere.

*hodie quan-  
titas usura-  
rum est inde-  
terminata.*

Est enim usura periculi pretium, ergò habita ad id ratione æstimandum est. Modo tamen certo constet de veritate & paritate periculi; justitiæque & æquitatis nunquam non postponatur ratio. An autem etiam pro majore aut minore indigentia debitoris usuræ, ut volunt nonnulli augeri & minui possint, dubito.

Th. XIV.

*Secundum  
formam Bo-  
demeræ  
specificam à  
Creditore  
requiritur.  
primò, ut a-  
nimo adju-  
vandi na-  
vem mutuo  
det*

Atque hæc sunt quæ circa generalia contractus Bodemeræ dicenda erant, jam ad specialia accedimus visuri primum quid observare oporteat Creditorem pecuniam suam fœnori nautico dantem, non enim indistincte huic credere permissum est, ne dolo & collusionibus cum Magistro navis in præjudicium Exercitorum fenestra aperiatur. Necessè est igitur (1.) ut bona intentione & animo adjuvandi navem mutuo dederit, quod si enim v. g. Magistro potius quam navi crediderit, isque in proprios forte usus pecuniam converterit, aut male consumserit, non Exercitorem sed Magistrum solum habebit obligatum, nisi probare possit in rem seu utilitatem na-



navis nihilominus versam esse pecuniam, tunc enim subsidiaria de in rem verso, contra Exercitorem Actio ei ex æquitate conceditur arg. l. 14. ff. de Condit. in deb. dummodo revera quoque aliqua utilitas ad exercitorem ex pecunia illa redundaverit isque locupletior inde redditus fuerit (2.) necesse est ut navis in ea causa sit ut refectio quam maximè indigeat. Sub refectiois autem voce hic intelligo omnia quæ tam ad ipsam navem quam occasione ipsius sunt necessaria ut si v. g. nautæ alendi vel exhibendi, aut debita pro nave ex solvenda. *Margu. de jure Commere. p. 224.* Si cuti autem ipse creditor ad suscipiendam navis reficiendæ curam non est obligatus ita nec cogitur probare datâ pecuniâ navem revera refectam esse, sed sufficit debitorem CAVISSE, SE IN REFECTI- NEM NAVIS ACCIPERE PECUNIAM. Unde quamvis ad eam pecuniam non adhibuerit, sed male consumserit, nihilominus Exercitor Creditori tenetur & conventus exceptione hac tueri se non potest, quemadmodum judicatum se in Patria an. 1656. d. 21. Aug. in causa Daniel Dorvill contra Exercitorem Friederich Reddeling & consortes. Manet tamen Exercitoribus salvum, jus suum adversus Magistrum prosequendi. Hæc autem Cautio de refectio- ne navis adeo necessaria est ut ea omissa, in pensis licet postea in rem nummis, Creditor non videatur in refectio- nem navis pecuniam dedisse, & ob id Exercitor obligatum non habeat, cum nec Bodemeria hoc casu contracta esse censi debeat. Cæterum hoc cogitur probare creditor, quod navis tempore mutui contracti revera refectio- ne indiguerit, exacta tamen iterum probatio hic non requiritur, sed sufficit si debitor inopiam ad alendos forte nautas vel navem reficiendam simulaverit

secundum  
navis refe-  
ctioe indi-  
geat.  
non tamen  
tenetur cre-  
ditor proba-  
re probare,  
data pecu-  
nia navem  
refectam es-  
se  
cautio ta-  
men de re-  
fectioe na-  
vis quam  
maximè ne-  
cessaria est.  
ut & proba-  
tio aliqualis  
de indigen-  
tia refectio-  
nis  
arg.



tertio re- arg. l. 1. §. 8. & 9. ff. de Exerc. Act. (3.) necesse est ut pecu-  
 quiratur, ut nia data quantitas respondeat necessitati & utilitati na-  
 pecunia data vis, nam si multo major pecunia credatur quam ad eam  
 quantitas necessaria est, adversus Dominum navis non in solidum  
 respondeat sed in competentem summam datur Actio l. ult. pr. ff.  
 necessitati. de Exerc. Act. quod tamen iterum intelligas velim de eo  
 Alias contra casu quo scivit Creditor tantam pecuniam ad eam rem  
 Exercitorem tantum a- v. g. ad velum emendum necessariam non esse. Alias si  
 ctio in com- Magister navis forte Creditorem deceperit & persvaserit  
 petentem non minore summa quam quæ creditur navem refici pos-  
 summam se, non eò minus creditor cum Domino navis efficaciter  
 datur. experietur & ideo si mutuatus fortè pecuniam ad velum  
 Secus si Ma emendum vel anchoram comparandum persvaserit Cre-  
 gister credi- ditori non minori summa quam 20. velum vel anchoram  
 torem dece- comparari posse, quam tamen 10. comparavit, Exercito-  
 perit. ris id damno est non Creditoris l. 1. §. 10. ff. d. Exerc. Act.  
 quarto re- non enim necesse habet debitor inquirere quanti sit im-  
 quiratur, ut pensa refectionis vel quanti velum comparari possit, sed  
 in loco, quo res necessa- sufficit navem refectione, velo forte vel anchora indiguisse  
 ria compa- idque vel scivisse creditorem vel à debitore id persvasum  
 rari potest esse (4.) requiritur ut in eo loco pecunia credita sit, in quo  
 pecunia, à id propter quod credita est probabiliter comparari po-  
 Creditore tuerit l. 7. §. 1. ff. d. l. quod iterum limita si forte dixerit  
 datur debitor se rem illam alio loco emturum sed ibi neminem  
 quinto re- à quo pecuniam mutuare possit habere. His enim a-  
 quiratur sci- liis que concurrentibus circumstantiis Creditori subve-  
 entia, magi- niri æquitas suadet arg. d. l. ult. § 1. ib. aliquam diligentiam.  
 strum navi (5) & ultimo requiritur ut sciat debitorem navi tan-  
 præpositum quam Magistrum præpositum esse vel si Exercitor ipse  
 esse; vel Ex pecuniam petat eum Dominum navis esse. His ita con-  
 ercitorum currentibus requisitis Creditor quandocunque petitur  
 petentem Dominum esse navis &

& quantacunque petitur pecunia, tantum fœnori nautico dare potest, cum hoc effectu, ut non solum ipsum Magistrum navis, si cum hoc contraxerit, sed & Exercitorem indistinctè ad præstationem crediti cum usuris compellere possit, nullâ habitâ ratione, an pecunia reverâ in refectioem navis impensa sit, nec ne; quia Dominus sibi imputare debet, quod talem rebus suis præposuerit.

*l. ult. ff. de Exerc. Act.* Meritò igitur reprehenditur à Stypmannò *P. 4. c. 5. n. 128. seq.* Beutlerus, existimans, non solum requiri, ut pecunia nominatim ad navem reficiendam credita sit, sed insuper, ut revera impensa sit, ideò, quod impendere sit activæ significationis, & requirat actum ipsum, nec dicatur navis refecta esse, si pecunia in alium usum conversa sit.

*His observatis Creditor & Exercitorem & Magistrum convenire potest, nullâ habitâ ratione, an navis refecta sit nec ne.*

Th. XV.

Personæ mutuam pecuniam sub fœnore nautico accipientes sunt Magister navis, & Exercitor, vel Conductor per aversionem. Quoniam autem hodie Exercitores nostri rarò ipsi navigant, sed ferè omnes suos habent Magistros navis præpositos, bodemeria autem plerumque in itinere seu in exteris regionibus contrahatur, ideò fit, ut rarò ipsi Exercitores pecuniam sub fœnore accipiant, sed plerumque Magistri eorum. Et ideò in statutis Patriæ meæ & Ord. Naut. Civitat. Hanseaticarum de Exercitore mutuam pecuniam sub fœnore nautico accipiente parùm aut nihil cautum esse reperi. Quod si tamen contingat ut Exercitor vel Conductor navis vel ipse etiam Magister navis, quatenus est Exercitor (sunt autem tales hodie simul ferè omnes Magistri) mutuam pecuniam, accipiant, necesse est, ut (1) id fiat intuitu navigationis suscipiendæ, deinde (2) ut pecunia credita non excedat

*Persona accipientes sub fœnore nautico qui nam sint?*

*A parte Exercitorum pecuniam accipientium necesse est. (1) ut intuitu navigationis accipiant.*

D



(2) ut pecunia non excedat partem uniuscujusq;

cedat partem ipsorum quam in nave habent. Horum enim altero deficiente, Coexercitores ceteri ad id respondere non tenentur, nisi consensus omnium aut majoris partis accesserit.

Th. XVI.

In specie Magistri in eò loco, ubi Exercitores presentes sunt pecuniam mutuò accipere non debent

Magistris navium tam de jure Civili, quam statutariò maritimarum Civitatum permissum est pecuniam nauticam in carinam accipere, sed utrobique certæ additæ sunt restrictiones eò tendentes, ne temerè quid aut fraudulenter per Magistros navis fiat. In genere autem de his tenendum quod pecuniam in carinam seu fundum navis accipere omninò non possint in eò loco, in quò Exercitores ipsorum præsentibus sunt *Ord. Naut. Civ. Hansf. tit. 6. art. 1. ib.*

ne quidem necessitate, urgente, nisi pro ratâ parte, consentientibus simul Exercitoribus.

So sollen hinführo die Schiffer nicht mächtig sein an dem Ort/da ihre Rheder vorhanden/einig Geld auff Bodmery auff zunehmen. Quod si tamen necessitas id exigat, non nisi pro ratâ parte h. e. portione in nave ipsis competente id facere possunt *Stat. Hamb. p. 2. tit. 18. art. 1. ib.* nicht mehr Geld auff Bodmery nehmen als auff sein eigen Parth so er im Schiffe hat. *Stat. Const. Naut. ib.* nicht höher denn sich ihr eigen Parth Schiffs erstrecket. ad id ipsum tamen etiam consensum omnium Exercitorum requirere debent *all. Const. art. all.* Qui autem ipsis ultra partem ipsorum crediderit suæ id facilitati acceptum ferat, dum non nisi ex bonis Magistri creditum suum repetere potest, personâ quippe solius Magistri, non etiam cæteris Exercitoribus aut ipsâ nave ex legis dispositione, obligatâ *Stat. Hamb. all. l. art. 1. ib.* Wer aber in diesem Fall dem Schiffer mehr auff Bodmery austhut als sein Parth sich erstreckt/der mag sich an des Schiffers Person und Gütern allein erholen/

Si autem Creditor majorem summâ sciens crediderit, Magistrum tantum obligatum habet.

und



und sein die anderen SchiffsFreunde dazu zu antwor-  
 ten nicht schuldig cum quò concordat *Ord. Naut. Civ.*  
*Hans. tit. 6. art. ib.* thäte jemand darüber/so soll der/  
 welcher daß Geld ausgethan seine Pfennige aus des  
 Schiffers Gütern/ und nicht aus dem Schiffe suchen/  
 imò nonnunquam etiam pæna arbitraria statuitur in Ma-  
 gistrum hanc legem transgredientem *Ord. Hans. all. l.*  
*ib.* und der Schiffer nach Ermäßigung gestrafft wer-  
 den. Hæc autem omnia ideò fortè constituta sunt, ut  
 fraudulentis nonnullorum Magistrorum machinationi-  
 bus obviam iretur, dolò enim vix carerent, si eam pecu-  
 niam, quam ab Exercitoribus sine usuris accipere pos-  
 sent, ab aliis subgravioribus usuris acciperent. Undò ta-  
 men vel alterò in casu etiam invitis Exercitoribus & sociis  
 Magistrum navis, navem vel partem ejus fænore onera-  
 re posse dubium non est. Cum enim sapissimè contin-  
 gere soleat, ut circa emissionem navis Exercitores inter  
 se dissentiant, utilitas autem navigationis non admit-  
 tat navem otiosè quiescere, ideò non obstante aliquorum  
 Exercitorum dissensu navis emittenda, dummodo major  
 pars (quæ talis dicitur non pro numerò personarum, sed  
 pro magnitudine quantitatis seu portionis in nave com-  
 petentis) consentiat *Stat. Hamb. p. 2. tit. 13. art. 2.* aut si dis-  
 sentientium partes æquales sint, judex auctoritatem suam  
 interponat. Hòc itaque casu si ad navem quædam ne-  
 cessaria sint, quantam pecuniam pars recusans conferre  
 debuit, tantam potest accipere mutuo sub fænore, dum-  
 modo nave salvâ redeunte pecunia hæc à Magistrò, qui  
 eam fænori sumsit, sine reliquorum Exercitorum dam-  
 nõ refundatur, quæ omnia clarius *ex art. 7. tit. 5. Ord.*  
*Naut.* patebunt, cujus verba hæc sunt: Wäre es auch

*Et ipse Ma-  
 gister ali-  
 quando pu-  
 niendus est.*

*Sunt tamen  
 et sus, ubi  
 etiam invi-  
 tis Exercito-  
 ribus navis  
 fænore one-  
 ri potest*



andern / daß ein oder mehr der Schiffs Rheder in die  
 Ausreidung nicht bewilligen wolten / als dann solles  
 nach alten Gebrauch von der See damit gehalten  
 werden / daß nemlich die geringsten Parten / ob die  
 gleich mehreren Persohnen zuständig / denen  
 andern welche den meisten Theil haben / ob deren  
 gleich an der Zahl weniger wahren / folgen sol-  
 len / und im fall sich jemand des weigern würde / als  
 denn soll der Schiffer mit Rath und Consens der an-  
 deren Mit-Rheder macht haben / so viel Geld darauff  
 zu bödmen / als der weigerende Parth sich belausfen  
 möchte / und wenn die Reise behalten und vollendigt  
 ist / den Hauptstahl samt der auffgeloffenen Bödme-  
 ren / von solchem Parth so weit sich der erstreckt / oh-  
 ne der anderen Rheder Schaden zu bezahlen und ab-  
 zutragen.

Th. XVII.

Sed quæ hactenus dicta sunt, quod Magister navis  
 in locò ubi Exercitorum Copia haberi potest, non possit  
 pro lubitu pecuniam sub fænore accipere, an de eò casu  
 intelligenda sint, si Exercitores in eò locò saltem domici-  
 lium habent, quamvis ibi præsentés non sint, vel si præsen-  
 tes saltem sunt, quamvis ibi domicilium non habeant? an  
 de eò casu si & præsentés sunt, & domicilium ibi habent,  
 quæritur? Posterio rem casum videtur admittere Stat.  
 Hamburgense p. 2. tit. 18. art. 1. ib. gefessen und gegen-  
 wärtig / priorem Ord. Naut. Civ. Hans. art. 1. tit. 6. ib.  
 Da ihre Rheder vorhanden i. e. ubi præsentés sunt, &  
 paulò pòst: Undem Ort da sie zu Hause sein, i. e. ubi  
 domi-

*Sed quæri-  
 tur, qualis  
 Exercito-  
 rum præsen-  
 tia intelli-  
 gatur?*



domicilium habent. Sane si dicendum quod videtur, in solâ præsentia Exercitorum hic cardo vertitur; Sic in locò, quò Exercitor præsens est, quamvis ibi domicilium non habeat, non adhibitiò ejus consensu navem fœnore onerare non potest Magister, & porrò in eò locò in quò præsens non est Exercitor, quamvis ibi domicilium habeat, absque consensu ejus tutò contrahere bodemariam posse puto, & ideò in *Stat. Hamb.* conjunguntur verba *geseffen und gegenwärtig* ad excludendum casum ubi Exercitores domicilium quidem habent, præsentis verò non sunt in hóc vel illò locò. Quod si tamen Exercitor non longè absit ab eò locò, in quò pecunia mutuò petitur, nuncius eapropter ad Exercitorem ablegandus, ut vel pecuniam mittat, vel de consensu super oppignorandâ nave contestetur, eisque expectandum, donec is redeat, nisi Ventus & tempestas vela solvere jubent, hóc enim casu, quicquid potius faciendum, quam ventus obsecundans cum Exercitoris damno negligendus *Conf. Stat. Hamb. p. 2. tit. 14. art. 5.* Ist ein Schiffer befrachtet und bleibet so lange liegen daß ihn Geld entbricht/ der mag wol an Land senden um Geld (i. e. uti clarius habet jus Wisbycense art. 35. Er mag um Geld holen zu lassen nach Hause senden) aber er mag keinen guten Wind verliegen/ thäte Er das/ Er ist schuldig dem Raaffman den Schaden zu verlegen.

Th. XVIII.

In exteris igitur regionibus, ubi Exercitorum Copia plane haberi non potest, liberior Magistro navis mutuuum contrahendi concessa est potestas, non tamen li-

D 3

*Et respon-  
detur præ-  
sentia per-  
sonalis?*

*Si vero Ex-  
ercitor non  
longè absit à  
locò contra-  
ctui, per nun-  
tium inter-  
rogandus est*

*Majore ra-  
men habitâ  
matione ven-  
tus & tem-  
pestatis*

*In exteris  
locis liberi-  
or Magistris  
est concessa  
potestas,  
quamvis cer-  
ti limites  
prescripti  
ber-  
sint illis.*



berrima, cum & hic certi limites ipsi sint præscripti quos excedere non potest sine damno suo, & poenæ præstitutæ evitatione. Quæ omnia introducta sunt propter fraudes & malitias nonnullorum navis Magistrorum, ne scilicet per ingentes pecunias, quas accepisse se mutuo dixerint in causam navis, redigatur bona pars negotiationis ad nihilum, ditatis in Dominorum Caput ac necem fraudulentis Ministris. Cavebit igitur Magister navis ne foenore navem oneret, nisi necessitas & conservatio navis id exigat, i. e. nisi probabile damnum in nave aut instrumentis ejus appareat, *Ord. Naut. Civ. Hansf. tit. 6. art. 2. ib.* Beweislichen Schaden an dem Schiffe oder Schiffes-Reitschafft nehmen würde vel ad aliud quid extra navem, nautas v. g. alendos, pecunia ipsi necessaria sit, non obstante locò allegatò qui de damno, in nave vel instrumentis ejus contingente tantum loqui videtur; quoniam & tum navi damnum obtingit, si hi qui ad navem regendam & adjuvandam constituti sunt, propter non præstita forte alimenta deficiant. Adduntur præterea in dictò locò paulò post hæc verba: und anderen dergleichen Nothfällen. Ad quos necessitatis casus etiam pertinet si navis rapta, capta, l. arrestata redimenda sit, vel si alius Creditor bodemerix creditum suum ex nave petat. Debet autem hæc necessitas ob quam pecunia accipitur vera esse non simulata aut imaginaria l. c. ib. Beweislichen Schaden & paulò post: in solchen Fall der Noth Schiff zu retten und zu bergen/ Et tum quantum est opus resarciendo damno, tantum accipere potest nomine Exercitoris. Probatio autem hujus necessitatis à Magistrò fieri potest per duos Nautas additò horum & ipsius Magistri juramentò. *Conf. Stat. Hamb. p. 2. tit. 10. art. 8. ib.*

*Ne scilicet sine necessitate sub foenore pecuniam accipiant.*

*necessitas etiam sit vera non simulata.*



8. ib. So mag der Schiffer mit zween Schiffmännern schweren / wil man es Ihm nicht zu glauben / das Schiff und Guth in Noth gewesen ist. *Quantum enim alias nemo in re propria testis esse possit, hæc tamen in negotiis nauticis ita in contrarium recepta esse testantur cum jam allegato textu varii juris maritimi articuli Conf. art. 2. 9. 61. Jur. Wisbyc. & art. 9. Ord. Naut. Civ. Hans. tit. 3. adde Stat. Hamb. p. 2. tit. 19. art. 21. 22. & ita Gedani in causâ Exercitorum contra Magistrum iudicatum esse testis est Kurike Comment. ad. dict. Ord. Naut. tit. 3. art. 9. Ultra tamen quam ad reparationem damni & similis casus necessitatis opus est accipere non debet Magister Const. Hans. all. loc. art. 2. ib. Als Er zur Versicherung des Schadens und anderen dergleichen Nothfall eigent. ch von nöthen hat. Alias suam personam saltem, non etiam Exercitoris, nisi in subsidium obligat. Nec in universum majorem summam Magister navis nautico foenori sumere potest quam quanti navis, vectura, & instrumenta navis constant, quod expresse Stat. Hamb. p. 2. tit. 18. art. 3. ita cautum legitur; quod in bello restringitur, ut ne quidem ultra quartam pretii bodega sumi possit teste Grotio Introd. ad. Jurispr. Bat. c. 20. §. pen. & cap. 23. §. pen. Cautè igitur Creditoribus est agendum, ne indistincte ingentes Magistro credant pecunias, nisi actionem contra Exercitores efficaciter alias sibi competentem inanem reddere velint.*

*Cujus probatio à Magistro per nautas mediante juremento fieri potest*

*Summa quoque mutuo accepta ultra pretium rei reparande non sumatur.*

*nec quantitate navis instrumentorum excedat.*

Th. XIX.

Sed quid si Magister navis istic loci cambiò sub fide Exercitorum pecuniam ab Exercitoribus solvendam, comparare queat? Tum de hõc potius quàm de mutuò contrahendò cogitet Magister.

*Nec Magister mutuum contrahere debet, si per cambiolum pecuniam habere.*

*Ord. Naut. Civ. Hans. am habere.*



Hansf. tit. 6. art. 2. ib. und der Derter kein Geld auff Wechsel an seine Rheder zu überschreiben bekommen könte. minoribus enim sub usuris & aliquando nullis Geld vor Geld Cambium transcribitur, cum è contrariò pecunia auff Bodmercy accepta gravissimas secum trahat usuras. Sed & tum non debet Magister foenore navem onerare quando mutuam pecuniam sub communibus usuris vulgarique pignore parare, aut si instrumenta navis, Tackel und Thau quibus carere forte possit, vendere potest, aut si bona vel merces habeat in nave ex quarum distractione commodius utilitatem navis & Domini quàm per Bodmeriam promovere possit *Ord. Naut. Civ. Hansf. tit. 6. art. 2. ib.* Oder es hätte auch ein Schiffer keine Güter die er zu besserem Vorthheil der Rheder/ als die Bodmercy sich beladen wölte verkauffen könte. Permissum enim est hoc casu Magistro, vendere merces, quas in nave habet, (præsertim si non sint pretiosæ, & in eò locò care veniant) *Stat. Hamb. p. 2. tit. 14. art. 7. & Jus Wjsb. art. 35. & passim*, dummodo mercatoribus intra 14. dierum Spatium, ex quò navis in portum venit, pretium mercium intra maximum & minimum, zwischen den minsten und meisten quanti in eò locò, quo vehi debuissent, aestimari possunt, restituat *dd. art.* quod si non fecerit Magister, & navis fortè vendita, vel ei alius Magister præpositus fuerit, tum juxta jus Patrium competit mercatori Actio hypothecaria in navem & bona Magistri intra annum & diem instituenda, non minus ac si ipse præsens esset, dummodo id firmis documentis probari possit, & pecunia in navis utilitatem versa fuerit. *Statut. Hamburg. art. 7. tit. 14. P. 2.* Concordat cum hõc artic, articulus 40. Juris nautici

*vel etiam si pecuniam sub communibus usuris accipere, aut instrumenta superflua vendere potest. &c.*

*In casu necessitatis quoq; permissum est Magistro vendere merces, quas in nave habet minus pretiosas*



tici Wysbycensis, nisi quod hic (1) mercatori in navem saltem tacitam hypothecam concedat, de bonis autem Magistri nullam mentionem faciat, nec (2.) requirat pecuniam in rem versam esse, ut in *art. 7. Stat. Hamb. ib. woferne es zu des Schiffs besten gekommen*/requiritur. Detrahit tamen Magister in casu, quò venditarum mercium nomine mercatori tenetur satisfacere, integram mercedem nauticam, alias naulum dictam. *art. 35. 41. 70. Jur. Wysbyc.* quò iterum per *art. 69.* restringitur ad casum quando post peractam venditionem navis fortuito casu perit; sicut enim tunc Magister mercatori ad id saltem tenetur, quanti merces in loco, quò navis onerata est, valere, non etiam quanti in eò loco, quo vehi debuissent, constare potuissent, ita mercedem nauticam pro vectura istarum mercium petere non potest v. *Grotius Introd. in Jurispr. Batav. l. 3. part. 20. pag. 143. b. § 149.*

*Detrahit tamen Magister mercedem nauticam, si navis post factam venditionem non perit.*

Th. XX.

Cæterum potest quandoque contingere ut Magistro potius de pecuniâ sub foenore nautico accipiendâ circumspiciendum sit, quàm de mercibus vendendis, fortè quòd rarissimæ sint merces, & mercatoris multum interesse sciat res non vendi, quò casu tum demum, ubi pecuniam sub foenore accipere non potest à quòpiam, permixtum est ipsi, res mercatorum vendere, quòd & Hollandorum observantia verum esse ex Grotio testatur Marquard de jure comm. *lib. 2. cap. 8. n. 21.* his verbis: *En Schipper siende buitten Landes in noth van Gelde/ ende feen Bodmerie können finden /mag verkopen de ingeladene goedern/ ende is schuldig deselve goederen an den Kopmann te betaelen binnen 14.*

*Merces verò rarissimas tum demum vendere potest Magister, si neque pecuniam sub foenore nautico habere possit.*

E

Da



Dagen na sien Ankunft / sulkes als de goederen gegol-  
den souden hebben ter plaetse dar deselve hem geschickt  
weren. Hæc autem omnia arbitrio boni Magistri, &  
eorum quos in nave habet, qui vulgo vocantur *Schiff-  
männer* / quorumque majorem partem sequi debet v.  
*Stat. Hamb. p. 2. tit. 14. art. 8. 21. & 22. relinquuntur.*

Th. XXI.

*Finis Bode-  
meria est  
promotio  
salutis pu-  
blice*

Visâ nunc causâ formali Bodemeria, ad finem ejus  
& Effectum porrò accedamus necesse est. Tendit au-  
tem inprimis Bodemeria eò, ut promoveantur commo-  
da navigationis. Cum enim sæpissimè evenire soleat,  
ut Nautæ in exteris regionibus in summâ constituti ne-  
cessitate pecuniam, quâ indigent, non habeant, facile au-  
tem nemo reperiat, qui peregrino & tot periculis mor-  
tis obnoxio credat, nisi quôdam quasi incitamentò ad  
id impulsus; ideò primum pactis mercatorum, postea  
legibus & statutis introductum est, ut liceret nautis istius-  
modi contractum inire, quò & Creditori & debitori  
succurreretur, huic quidem ut pecuniam accipiat, & si  
perire forte navem contingat, ad satisfaciendum Cre-  
ditori pro pecuniâ creditâ non obstrictus sit; illi autem,  
ut propter susceptum dubii Eventus periculum com-  
modum aliquod in solatium quasi sentiat. Cum autem  
bonum s. interesse publicum in navigationis usu maxi-  
mam partem consistat, Navigatio autem sine hõc nego-  
tiò salva esse ex omni parte vix queat, inde palam dedu-  
citur finem ultimum Bodemeria esse interesse publicum,  
seu salutem publicam, ex quò tum præstantia & utilitas  
hujus negotii eò magis elucescere potest.

Th. XXII.

*Effectus m-  
sione trium*

Effectus Bodemeria considerari potest tripliciter,  
vel



vel respectu Creditoris, vel Exercitoris, vel Magistri navis, *personarum*  
 Respectu Creditoris Effectus est vel *onerofus* vel *lucrat-*  
*rius*. Onerofus est quod pereunte nave absque culpa *etiam tri-*  
 debitoris perdat quoque suum Creditum, & pignus, si *plex est.*  
 quod accepit, restituere cogatur, nisi liud conventum *Respectu*  
 Lucratorius est, quod salvâ nave in portum, ad quem *creditoris*  
 destinata erat, appellente, creditum suum i. e. tam for- *vel onerosus*  
 tem quàm usuras promissas recipiat. Sunt enim usurae *vel lucrati-*  
 accessio sortis, quæ igitur circa principale obtinent ea- *us est effe-*  
 dem quoque circa accessoria juris sunt. *ctus.*

Th. XXIII.

Competunt autem Creditori pro consequendô eô, *Competunt*  
 quod sibi debetur, variæ actiones, & quidem electivè, *autem cre-*  
 modò personalis civilis contra Magistrum ex ipsius con- *ditori ad su-*  
 tractu, modò personalis prætoria contra Exercitorem, *um conse-*  
 modo realis sive hypothecaria contra quoscunque navis *quendum*  
 aut partis oppignoratæ possessores, modo hâc postero- *varia actio-*  
 ri casu, quod notandum, expressè sibi de hypothecâ na- *nes, perso-*  
 vis prospexerit. Tacitam enim hypothecam in nave *nalis eaque*  
 istius modi Creditori, qui pecuniam sub fœnore nauticò *tâm Civilis*  
 credidit concessam esse, nullibi lego; quod si tamen pe- *quàm Pra-*  
 cuniam creditam solùm, sine fœnore conventô repe- *toria, & rea-*  
 re velit, illum tacitam hypothecam & quidem cum pri- *lis.*  
 vilegiò prælationis habere defendi poterit *ex l. 5. ff. qui*  
*pot. in pign. Nov. 97. c. 3. vid. Struv. Synt. jur. Civ. Exerc. 44.*  
*§. 49. n. 3.* Neque etiam dubito quin pro fœnore conventô  
 C. Bodemerîâ personale privilegium exigendi habeat, vi-  
 gore cujus præferatur aliis chirographariis Creditoribus  
 tale privilegium non habentibus. Nec obstat ante dictis  
*art. 15. Stat. Hamb. p. 2. tit. 5.* ubi Ei qui ad refectionem  
 & conservationem navis credit, tacita in navem conce-  
 di-



ditur hypotheca; quoniam iste articulus loquitur tantum de eo quod in refectionem navis datum est, & non de fœnore nautico. Magna autem intercedit differentia inter simplicem contractum mutui, & inter bodemerix contractum. Cumque multi Dd. etiam de communi & civili jure ne quidem illum, qui simpliciter credidit, ad reficiendam vel armandam navem, tacitam hypothecam in navem habere statuunt, *vid. Stypm. p. 4. c. 5. n. 140. & seqq.* ideo eò minus dubitandum, quin hoc jure creditori ratione fœnoris tacita hypotheca concessa non sit. Expressâ igitur conventionem opus erit ad carinam navis ad hoc obligandam, & tunc adversus quemcunque pignoris. navis vel partis ejus possessorem, quamdiu illa existat & salva est, datur creditori actio hypothecaria tam ratione fœnoris quam sortis, nec interest, utrum possessor rem istam lucrativè an onerosè titulò possideat; unde si debitor forte navem suam vel partem eam quam in nave habet, & quam pro acceptâ pecuniâ sub nautico fœnore oppignoravit, alii vendat, successor iste particularis absque dubiò cogitur satisfacere Creditori, quoniam res hic transit cum onere suo, & ita judicatum est in Patriâ anno 1657. d. 12. Nov. In Sachen Franz Schleuer contra Jacob Hambroch. Habet tamen Emtor regressum suum adversus venditorem, nisi ab initiò inter eos ita expressè conventum ut Emtor Creditoribus satis faceret, aut nisi Venditor expressè evictionis præstationem exceperit, quò casu tamen, si ex factò ipsius venditoris res evincatur, pretium restituere hic debet. *vid. l. u. §. fin. ff. d. act. emt.*

*Circa oppi-  
gnoratio-*

Th. XXIV.

De jure Lubecensi. l. 3. tit. 4. art. 6. singulare est, quod



quod si quis navem oppignoret ac nihilominus postea <sup>nem navis</sup> eadem ad alia loca naviget, eamque vendat, pignus solva- <sup>singulare</sup> tur, si verò illâ ad urbem & flumina ejus revertatur jus pi- <sup>quid de Ju-</sup> gnoris iterum convalescat. Rationem hanc reddit Mevius <sup>re Lubecen-</sup> comment. ad hunc articulum quod navigationis gratia <sup>se statutum</sup> multa singularia reperta & admissa sint, atque inde visum <sup>est.</sup> fuerit Statuti conditoribus, si navis ubique subjaceret iis persecutionibus, quibus pignora de jure obnoxia sunt, inde mercaturâ multa imminere nocumenta & impedi-  
 menta, imò & aliis, quorum plus interest non interrompi navium cursum, vel quia merces in eas transferunt, vel quia operas in nave præstant. Accedit quod navis ideò paretur ut hic illic navigetur, ideò conventionem illam ut in certò locò consistat, quasi naturæ navis repugnantem, inutilem esse statuentes judicarunt *Stypm. p. 4. c. 5. n. 7.*

Th. XXV.

Cæterum cum sæpissimè contingere soleat, ut <sup>In contractu</sup> duo vel plures in navem sub Bodemeriâ credant, & de- <sup>Bodemeria</sup> super à Debitore literas obligatorias accipiant, quæritur, <sup>posterior hy-</sup> si concurrant diversi Creditores, qui instrumenta nauti- <sup>pothecarius</sup> ci fœnoris diversi temporis habeant cum annexâ hypo- <sup>preferendus</sup> thecâ, quisnam præferatur? Sane si communi regulâ <sup>est priori.</sup> qui prior tempore potior jure res decidenda foret, affirman-  
 dam esset prius. Sed enim verò tam de jure civili Ro- manò quàm de moribus & constitutionibus maritima- rum gentium contrarium hic statuendum, sc. ut novissi- mum pecuniæ nauticæ instrumentum præferatur aliis similibus instrumentis, unde tritum illud Batavorum: *Den jôngsten Boddemerei Brief gaet vor andere ge- lieke breven.* Rationem hujus rei communiter tradunt hanc, quod per illam posteriorem pecuniam factum, ut



navis ex portu abierit. Sed an ne per prioris non minus quam posterioris pecuniam factum est, ut navis ex portu abire, navigationemque perficere potuerit? adeoque, nonne eadem hic ratio tam pro priore quam pro posteriore Creditore militat? Dicamus igitur quod is, qui postremo pecuniam suam mutuatus est, eò effecit ut jam & in presenti carina navis salva sit, quæ si jam salva non esset Creditores priores nihil accipere possent, unde sane æquum est, ut is cujus pecunia pignus salvum redditum est, prioribus præferatur, Conf. l. 6. ff. qui pot. in pign. Et hæc est causa quare art. 2. P. 2. tit. 18. Stat Hamb. (quo cautum erat ut concurrentibus pluribus bodemerix literis priores præfererentur,) per recessum d. An. 1618. mutatus sit, juxta quem etiam in terminis judicatum est, in Patriâ an. 1659. d. 3. Mart. In Sachen Henrich Sandts Creditores, contra Henrich Sandts Witwen & An. 1659. 24. Nov. In Sachen Peter Suouers & Consorten contra Albert Wippeman &c. Besl.

Th. XXVI.

Ille qui in  
navem ex-  
struendam  
& instruendam  
credidit præfer-  
tur credi-  
toribus bo-  
demerix.

Atque hæc ita juris sunt inter concurrentes duos aut plures bodemerix Creditores; quod si verò cum his concurrat qui in navem extruendam & instruendam credidit, tum is juxta mores & consuetudinem maritimarum gentium his omnibus præfertur unde iterum tritum illud Batavorum: *Bielbrief gaet vor Bodmeri-brief* i. e. instrumentam pecuniæ creditæ in navem extruendam & instruendam præfertur instrumento fanoris nautici, modo hõc casu expresse de hypothecâ sibi prospexerit qui in extruendam navem credidit. arg. l. 26. § 34. ff. de reb. aut. jud. poss. junct. l. 17. C. d. pignor. l. 7. C. qui pot.

pot. in pign. nisi vel Statutò vel moribus expressè contra-  
rium probari possit, cum in dubiò statuta ex jure civili  
interpretationem accipiant. vid. Gail. 2. Obs. 33. n. 4. Si  
ergo caute agere velint Creditores qui pecuniam dant  
auf Bodmerci necesse est, ut inquirent, utrum aliorum  
quam ipsorum Exercitorum pecunià navis sit instructa,  
& ita adsit instrumentum tale, quod vocatur Bielbrif/  
ne in damnum incidant.

Th. XXVII.

Cæterum non inutiliter forsan hic quaeritur an, si  
concurrat cum istiusmodi Creditore bodemerici, qui ex  
pressà hypothecà munitus est, uxor debitoris, an inquam  
illa ratione datis illatæ, in nave, si forte nihil magis in bo-  
nis debitoris mariti supersit quam sola navis, præferenda  
sit? quod sane secundum jura Justiniana communiter  
affirmant Doctores per l. 12. C. qui pot. in pign. nov. 97. c. 3.  
& 4. & §. 29. Inst. de act. ubi uxorem omnibus mariti Cre-  
ditoribus, per consequens etiam anteriorem expressam  
hypothecam habentibus prætulit Justinianus; quàmvis  
contraria Sententia, mulierem scilicet legalibus &  
tacitam hypothecam habentibus Creditoribus quidem  
præferri, anterioribus verò expressam hypothecam ha-  
bentibus cedere, in praxi magis recepta & æquior senten-  
tia sit. Imò cum jure Patriò mulier non solum postpona-  
tur Creditori expressam anteriorem, sed & posteriorem  
hypothecam habenti, idq; ideò quoniam uxoris dos ob-  
ligata est pro debitis mariti constante matrimoniò con-  
tractis; ideò eò minus dubii erit, quin etiam Bodemerici  
creditori postponatur. Tandem etiam ipsam Rempubli-  
cam creditricem, & fiscum in contractu Bodemerici, si nul-  
la constitutio particularis obstet, cedere, nullus dubito.

Uxor con-  
currentium  
Creditore  
bodemerici  
ratione do-  
tis non præ-  
ferenda est.

nec respu-  
blica nec  
Fiscus

Th.



*Respectu Ex-*  
*ercitoris Ef-*  
*fectus iterū*  
*est vel one-*  
*rosus vel lu-*  
*crativus.*

Jam accedimus ad personam Exercitoris visuri, quis sit respectu Ejus Effectus Bodemerix. Est autem ille iterum vel *onerofus* vel *lucratorius*. Onerofus est, quod teneatur ex contractu Magistri, vel Exercitoriā actione, vel conditione ex moribus, nonnunquam etiam actione quod jussu, ad id, ut reddat pecuniam creditam, in eā bonitate, quā tempore contractus fuit, cum usuris promissis, factā nimirum in singulos menses, septimanas & dies computatione, nisi, quod ut plurimum fieri solet, in totam navigationem unicum fœnus, finitā navigatione semel de totā sorte solvendum, constitutum sit. Nec est quod hanc dispositionem quā tenetur Exercitor ex contractu Magistri, iniquitatis quisquam accusare velit, cum enim hi, qui cum Magistrō contrahunt ignari sapius sint conditionis Magistri, propter navigandi necessitatem æquum fuit eum, qui Magistrum navi præposuit, teneri *l. 1. pr. ff. de Exerc. Act.* Accedit quod qui aliquem præponis clarā & apertā voce dicere videatur: *Hunc ego præposui, qui volet, cum Eō contrahat*; inde nullæ exceptiones, non versæ forte in navis usum pecuniæ creditæ, & si quæ sunt aliæ hujus conditionis, Exercitori opitulantur, sed conventus de fœnore nauticō, factā legitimā à Creditore probatione in continenti cogitur solvere, nec refert utrum in præpositionis formulā facultas ac potestas mutuum sumendi expressa sit nec ne, quia eō ipsō, quò cum Magistrum navigationi præposuit, omnia ei simul tacite concessisse videtur, sine quibus ea exerceri commode nequit, unde rectè id extenditur eō, ut mutuum nihilominus Magistri accipere possint, tametsi Exercitor in præpositionis formula expresse id prohibuerit, quia casum

sum summæ necessitatis semper excepisse, nec de eo cogitasse præsumitur Exercitor, & quàmvis de eò cogitarit, hæc tamen præhibitio propter utilitatem & necessitatem navigandi nihil operatur, cum ei quod publicè utile est privatorum pactis derogari non posse certum sit.

Th. XXIX.

Sed si plures sint Exercitores, quomodo Creditori adversus Eos competat Actio, an contra quemcunque in solidum an pro ratâ parte, adhuc paucais quæro? Et constat perspicuè ex l. 1. §. fin. & l. 2. ff. de Exer. Act. singulos in solidum teneantur, ne, qui cum unò contraxit in plures adversarios præter intentionem suam distringatur. Nec obstat huic legi l. fin. §. 5. ff. Naut. Caup. ubi dicitur quod si plures navem exercent, unus quisque pro parte quâ navem exercet conveniatur, non quidem, quasi hæc lex loquatur de iis, qui per se navem exercent, priores verò de his qui per alium exercent, quæ Accursii conciliatio est, sed quod hæc lex loquatur de actione in factum ex delictò vel culpâ nautarum, illæ vero de Exercitoriâ ex contractu, idque ideò, quia illa induplum est ex quasi delictò Exercitoris, cui imputatur quod malorum hominum operâ in nave usus fuerit, hæc verò est ex contractu Magistri quem Exercitor navi præposuit. Unde quilibet Exercitor ex suo quasi delictò tenetur pro suâ parte, ex contractu autem Magistri in solidum ob rationem ante allatam. Grotius equidem lib. 2. de jure belli & pacis cap. 11. n. 13. iniquitatis jus nostrum Civile accusare nititur, quasi naturali æquitati non conveniat, ut ex factò Magistri Exercitores singuli in solidum teneantur, cum illa satis habeat, si pro suis singulis partibus, quas in nave habent conveniantur, nec publicè id utile sit, cum homines hõc

*Si plures sint Exercitores singuli in solidum teneantur, aliud dicitur de actione in factum, quæ induplum est.*

*Unde refutatur Grotius, qui Jus Civile in hõc iniquitatis arguit.*

F ipsò



ipſo ab exercendis navibus abſterreantur, dum nimirum metuere ipſos necesse eſt, ne ex factò Magiſtri in infinitum teneantur, addens præterea apud Hollandos hanc legem Romanorum non ſervari, imo contra conſtitutum eſſe, ne actione Exercitoriâ univerſi etiam amplius teneantur, quàm ad æſtimationem navis, & eorum quæ in nave ſunt. Sed enim vero hæ Grotii rationes, quod pace Summi Viri dixerim, tanti non ſunt, ut æquitati Juris Civilis quidquàm detrahant, quoniam juſtum abſque dubiò & æquum eſt principium, ut is qui cum unò contraxit, actionem ſuam in multos diviſim dirigere non cogatur, ne ſic multis judiciis vexetur. Nec mores Hollandorum, ad quos provocatur, ad moralitatem vel æquitatem hujus quæſtionis quidquàm conferunt, cum non exemplis ſed legibus & rationibus judicandum, imprimis verò in Hollandiâ ut plurimum tales Exercitores communem caſſam habeant, ex quâ ſine prolixitate proceſſus, juſto petitori ſatiſhat, ut ſic non opus ſit Exercitores, vel unum in ſolidum vel diviſim convenire; alias negotiationi majus periculum immineret, ſi qui Magiſtro ſolidum credidit à ſingulis Exercitoribus ſuò periculò partem tantum repetere poſſet. Hinc quoque teſtante Marquardo *de commerc. lib. 1. cap. 8. n. 40* alibi juſ. noſtrum Civile tanquam magis æquum, hodiernum uſu obſervatur. Cæterum dicta eatenus vera ſunt, ſi, quod unus Exercitorum conventus in ſolidum præſtiterit, id à cæteris quos ſolidum ſolvendò liberavit, pro partibus eorum ruruſus conſequatur, vel actione pro Socio, ſi Exercitores ſint Socii, vel communi dividendo, ſi Socii non ſint. His enim actionibus ceſſantibus quiſque Exercitorum non tenetur, niſi pro parte, ne Exercitores in damnò verſentur *l. 14. ff. d. Inſtit. Act.*

*Habet nomen Exercitor, qui ſolidum ſolvit, actiones ſuas contra coexercitores:*

*v. Borcb.*

v. Borchholt. Comm. Inst. l. 4. tit. 7. §. eadem ratione num. 8.  
conf. disputat. Dn. D. Barthii de Magistro navis cap. 3. §. 17.  
Atque hæc de oneroso effectu Bodemeræ respectu Exer-  
citoris Lucratorius Effectus respectu Ejus est ut omne  
lucrum & emolumentum ex pecuniâ nauticâ proveniens  
sicut omne damnum, ad ipsum, non ad Magistrum  
spectet, nisi is simul sit Exercitor.

Lucrum ex  
pecunia  
nauticâ ac-  
cipit Exer-  
citor

Th. XXX.

Respectu Magistri effectus Bodemeræ etiam  
est vel *onerosus* vel *lucrativus*. Onerosus est quod  
ipse vel personali actione conveniri possit excontra-  
ctu à se ipsò celebratò ad exsolvendum id, quod in con-  
tractum deductum est, vel reali, si pignus adhuc possi-  
deat. Est enim in liberâ electione Creditoris, utrum pi-  
gnori incumbere, an Magistrum actione personali di-  
rectâ civili, an Exercitorem utili prætoriâ actione conve-  
nire velit. Et hoc modò conventus Magister ob pecuniam  
nauticam non potest ullâ exceptione se tueri, nec Credito-  
ribus in locum suum Exercitores aut Conductores navium  
substituere, quasi in ipsorum non suum usum ac commo-  
dum pecunia sit consumta, sed cogitur ipse Creditoribus  
cum quibus ipse contraxit, satis facere, relicto sibi suo ad-  
versus Exercitores & alios jure, quemadmodum judica-  
tum in Patria anno 1656. 17. April. In Sachen Andreas  
Berenberg contra Henrich Hardorp hisce formalibus;  
P. P. Das der producirte Bodmeren-Brieff bey Würden/und  
selbigen Zufolge Beklagter. die eingeklagte 1687. M. 8. sch.  
Kln. zu bezahlen schuldig sein soll / und wird ihm sein  
regress wieder seine Rheder und Befrachtere vor-  
behalten S. B. R. W. quod ampliatur, ut procedat  
etiam-

Respectu  
Magistri  
effectus one-  
rosus est,  
quod possit  
conveniri  
vel reali vel  
personali a-  
ctione,



etiamsi Magister navis nudus saltem Minister sit, nullam habens in nave partem, qualis terminò nauticò vocatur Ein Seßschiffer quod etiam in terminis ita judicatum in Patria anno 1656. 17. April in causa Johan Berenberg contra Peter Schröder. Quod si Magister navis suam partem quam in nave habet, expresse sub fœnore nauticò oppignoravit, & postmodum ista pars Creditoribus non sufficiat, tum in Eventum, persona & cætera Magistri bona Creditoribus sunt obligata, uti judicatum in Patria anno 1656. d. 13. Mart. in causa Franz Schleuer contra Andreas Röber hisce form: Erkennen die zur Admiralität deputirte Herrn und Bürgerein contumaciam vor Recht daß Kläger die eingeklagte 448. M. aus dem verbodmeten 16. Part Schiffs / und wo solches nicht zureicht / aus Beklagten anderen Gütern zu suchen befugt sein soll B. B. N. B. priusquam tamen ad ista bona Magistri deveniatur videndum annon ex nave satis fieri possit, uti iterum judicatum in Sachen Johann Berenberg contra Johann Claussen anno 1659 28. April. Quod si verò nec bona reliqua Magistri sufficiant, cæteri Exercitores in subsidium tenentur; si tamen illegitimò modò i. e. absque necessitate & eò in locò, ubi Exercitores præsentés fuere, Magister navis Bodemeriam contraxerit, Exercitores quidem adhuc tenentur, (nisi cum Magistrò navis colluserit Creditor) damnum tamen quod inde in Exercitores redundare potest solus Magister ferre & resarcire tenetur, nullò ipsi relictò adversus Exercitores suos regressu Stat. Hamb. p. 2. tit. 14. art. 32. ib. würde ein Schiffer ohne Noth muthwillig das Schiff verbod.

*Parte Magistri oppignorata non sufficiente, persona ipsius Creditoribus obligata*

*nisi ex ipsa nave Creditoribus satisfieri possit*



Bodmen/so soll der Schiffer den Schaden denn die  
 Rheder darauff rechnen können aus seinen Beutel zu  
 erstatten schuldig sein. Nonnunquam etiam in famiâ per-  
 petuâ, relegati ex urbe, afficiuntur *Stat. Hamb. p. 2. tit. 18.*  
*art. 4. ib.* derselbe Schiffer soll wenn er allhie wieder  
 angelanget vor einen unehrlichen Mann gehalten/  
 auch in dieser Stadt und derselben Gebieth nicht ge-  
 duldet werden. *Et seq. art.* quod ex Ordinatione nauticâ  
 sæpius allegatâ nonnunquam ad pœnam Corporalem &  
 capitis extenditur *tit. 6. art. ibi* nach Gelegenheit an Leib  
 und Leben gestrafft werden. Meritò autem hæ consti-  
 tutæ sunt pœnæ, ut his deterriti Magistri navium non tam  
 facile prosiliant ad talem actum qui Dominis navium s.  
 Exercitoribus uti ingens quandoque commodum ita ma-  
 ximum etiam afferre potest detrimentum. Lucratorius  
 Effectus Bodemerix respectu Magistri navis est quod fiat  
 Dominus pecuniæ seu rei sub fœnore nauticò datæ, & idè  
 ad quodcunque id necessarium putaverit ad id pecuniam  
 impendere potest; quamvis autem Dominus sit, pecunia  
 tamen data, quod notandum contra communem regu-  
 lam *res perit suo Domino* non perit ipsi sed creditori, uti  
 supra dictum est.

*Lucratorius effectus respectu Magistri est ut fiat Dominus pecuniæ cre- dita.*

Th. XXXI.

Addenda hic est quæstio utrum, si Magister navis.  
 qui pecuniam accepit sub Bodemerix, in itinere ob im-  
 minens periculum jactum mercium facere cogatur, Cre-  
 ditor bodemerix non minus quàm cæteri, quorum mer-  
 ces per jactum salvæ mansere, ob salvam sortem suam te-  
 neatur de Avatia, sive de contributione? quod negatur  
 non solum ob expressum textum in *Stat. Hamb. p. 2. tit.*  
*18. art. 6. ibi* von Bodmercy Gelde ist man nicht schuldig

*Creditor Bodemerix ob jactum mercium non tenetur de avaria.*



haveren zu bezahlen ; sed etiam ob sequentes rationes. Primo enim onus contributionis tantum iis incumbit, qui sunt Domini navis & mercium, quæ per jactum salvæ factæ, non autem iis qui nullas in nave merces, sed jus saltem aliquod nempe pignoris habent. Sed instas ob susceptum periculum necesse est, ut Creditor bodemerix avariam solvat, non minus quam Assecuratores, qui quamvis non sint Domini mercium, pro quibus asscurarunt, Avarix tamen sumtusolvere tenentur. Verum respondeo his notabilem intercedere differentiam inter asscurationis & Bodemerix contractum. Asscurator enim omne periculum in se suscipit & ad omnis damni restitutionem se obligat ; qui autem pecuniam mutuo dat, & in securitatem crediti carinam navis sibi oppignorari curat, hoc saltem periculum in se suscipit, ut, si carina navis perierit, sortem ipsam perdat, illâ autem salvâ sortem cum usuris recipiat. Secunda ratio est quod pro conservandâ pecuniâ nauticâ propriè jactus non fuerit factus. vid. l. 2. §. 2. ff. ad L. Rhod. it. Weyrsii tractat. von Avarien. Accedit tertio quod navis pecuniâ nauticâ physice non sit onerata, nec ista pecunia ad augendum periculum quidquam contulerit, nec hæc in nave existat, per consequens nec de eo solvenda erit Avaria.

quamvis Asscurator de eâ ob diversas rationes teneatur.

Th. XXXII.

Inter Affinia Bodemerix refertur (1) Asscuratio, quæ est *Conventio de periculò navis vel mercium aliò transvehendarum suscipiendò*, & convenit cum Bodemerix in eò quod utraque incertum periculum, sed illa quidem mercium, hæc vero pecuniæ creditæ contineat vid. Hug. Grot. d. J. B. & P. l. 2. c. 12. n. 23. Marquard. d. jur. mer-

Affinia Bodemerix sunt Asscuratio & Fœnustere



*Mercat. lib. 3. c. 13.* (2) fœnus quasi nauticum seu terre-  
 stre, quod ad similitudinem fœnoris nautici contrahitur,  
 quando non tam periculum navigationis subest, quàm  
 alterius itineris vel rei, ut si periculô meô alicui dem pe-  
 cuniam, aliquid meô nomine in locô peregrinô emendi,  
 aut si athletæ pecuniam credam, unde se alat & exerceat,  
 hœc pactô, ut si vincat, reddat sortem cum usuris, si vinca-  
 tur nihil reddat, & si quæ sunt aliæ hujus fœnoris Species  
 de quibus videri potest *l. 5. ff. de Naut. fœn.* ibique DD.  
 Cæterum pecunia trajectitia non tam affinis Bodemeria  
 est, quàm Synonymum ejus, nisi quod in hœc ab eâ diffe-  
 rat, quod pecuniam trajectitiam non præcisè in usum  
 navis ut bodemeria, sed simpliciter credi solitum fuerit  
 cum potestate utendi, quomodo libuerit.

*Et quodam-  
 modo pecu-  
 nia trajecti-  
 tia,*

Th. XXXIII.

Restat, ut de processus formâ in actionibus bodeme-  
 riæ instituendis solitâ pauca addamus. Quemadmodum  
 autem jam olim de submersis navibus & bonis naufrago-  
 rum Impp. Honorius & Theodosius decreverunt, ut le-  
 vatô velô, i. e. summariô processu (si enim ordinario pro-  
 cessu causa cognoscebatur, tum, donec sententia ferenda,  
 iudices, ne viderentur, velô obduci solebant *Panciroi. 2.  
 Variarum lect. 47.*) cognoscatur: *l. 5. C. de naufrag.* ita hodie  
 in omnibus fermè rebus maritimis breviter & summariè  
 absque strepitu juris proceditur, adeòque etiam actiones,  
 quæ pro bodemeria prosequendâ competunt, summariô  
 ut plurimum instituuntur processu, observatis sc. essen-  
 tialibus tantùm processus requisitis. Videtur enim  
 exigere æquitas, ut qui commodum navigationis pecuniâ  
 suâ promoveri student longô processuum sufflamine non  
 derineantur, sed citra prolixitatem audiantur, judicentur,  
 &

*Actiones Bo-  
 demeria si-  
 ne Strepitu  
 judicii sum-  
 mariè sunt  
 decidenda*

Contra in-  
strumentum  
Bodemerie  
nulla  
exceptiones  
admittun-  
tur.  
ne quidem  
solutionis

& illud quod ipsis jure competit, sine morâ consequantur. Solent autem in plerisque civitatibus maritimis peculia-  
ria collegia & judicia maritima constituta esse, in quibus  
controversiæ nauticæ cum similibus summariter venti-  
lantur & examinantur, & à quibus, nisi magna summa sit,  
Appellatio facile non conceditur *Conf. art. 3. tit. 2. Ord.  
Naut. Civit. Hanseatic.* In Patriâ cum in finem constitu-  
tum est Collegium quod vocatur Admiralitatis in quò res  
maritimæ quàm citissimè cognoscuntur & dijudicantur,  
unde si instrumentum nautici fœnoris quod producit  
Creditor absque vitiò sit, idque juratò is obtinuerit, in-  
continenti ad solvendum reus condemnatur nullis Exce-  
ptionibus ipsi nisi sint prægnantissimæ, opitulantibus. Et  
scribit Kurike *Comment. ad dict. Const. Naut. tit. 6. in pr.  
inf.* reperisse se quendam de fœnore nauticò conventum  
& convictum, Exceptionem solutionis quidem in Execu-  
tione objecisse, ast ad eandem probandam non admissum  
esse, antequàm rei judicatæ satis faciendò, tantum pecu-  
niæ, quantum alter prætendebat, judicialiter deposuisset,  
idque Gedani ita judicatum esse. Simile Exemplum habet  
Loceen. *de jure marit. lib. 2. c. 6. inf.* In Patria quoque  
anno 1655 in causa *Wilcken Broede contra Claus  
Schröder* contigit, ut reus conventus de Nauticò fœnore  
exceperit se jam solvisse partem crediti, sed nihilominus  
ad exsolvendam totam summam condemnatus fuerit,  
salvâ ipsi suâ reconventionem cum Actore instituendâ, hæc  
enim in fine sententiæ addita sunt verba: und wird  
Beklagten im fall Er wegen eingewandten Exceptionen Klä-  
gern Spruchs zu erlassen nicht gemeinet seine reconvention  
wieder selbstgen hiemit reserviret, und vorbehalten / *B. B.  
D. W.*

Atque

(49) (50)  
Atque hæc sunt B. L. quæ de Bodemeriâ pro viri-  
bus hæc vice exhibemus, plura quæ adduci commodè  
potuissent vel etiam debuissent ulteriori & solidiori elab-  
orationi, si vires & vitam Deus concesserit, reservantes.  
Cæterum quoniam non dubitamus ex instrumentò quò-  
dam fanoris nautici naturam hujus negotii clariorem  
aliquò modò fieri posse, idè copiam istiusmodi instru-  
menti, prouti eam ex Patriâ accepimus, hic subjicimus :

Joh NN. von Hamburg / Schiffer nechst Gott von  
meinem Schiff / genant Victoria, groß ungefehr 300.  
Lasten jeko bereit liegend vor Amsterdam / und mit  
dem ersten guten Winde / so Gott verleihen wird zu  
segeln nach Lissabon / wo selbstn meine rechte Entla-  
dung sein soll / bekenne hiemit empfangen zu haben von  
Euch N. die Summa von 600 rth. nnd daß auff Bod-  
meren / und rechte avonture von der See auff mein  
vorbemeltes Schffskiel / und Schiffs-Veretschafft /  
wie ichs nun zur Zeit führe / welche avonture und peri-  
culen von der See geendiget sein sollen / und die Bod-  
meren davon verschienen sein 24. Stunde nachdem ich  
mein Anker werde haben fallen lassen auff der Rhei-  
de oder den Haven des Places von Lissabon obbemelt /  
welche vorbenante Summa von 600. rth. und über  
dem das Auffgeld davon für die Gefahr oder avonture  
von der See a 12. procent machende zusammen die  
Summa von 672. rth. ich gelobe zu bezahlen an Euch  
N. oder Ordre 8. Tagen nach meines Schiffe arrivement  
zu Lissabon / oder wor es seine Last brechen wird in gu-  
ten gangbahren Gelde kostloß und schadeloß. Zu Vol-  
thung dessen verbindt ich erstlich mein vorbemeltes  
Schiff und dessen Veretschafft / auch meine Person /  
Güter / jezige und künfftige / beweeg und unbewegli-  
che / dieselbe stellende unter Zwang realer Execution  
G aller

(50) (50)

aller Herren / Höfen / Richter und Gerichte / renunci-  
rend allen und jeden so diesen zu wieder / in sonderheit  
der regul: generalem renunciationem non valere, nisi  
specialis præcesserit. Urfündlich habe ich mit meiner  
gewöhnlichen Unterschrift hievon 3. Bodmeren-Brie-  
fe eines Inhalts untergezeichnet / wovon / wenn einer  
bezahlt die anderen von keinen Wehrt sein. Actum Am-  
sterdam m. a. N. N.

*Corollaria.*

- I. Si ex pluribus fidejussoribus singulis, cum renunciatione expressâ vel tacitâ exceptionis divisionis, in solidum obligatis unus integrum debitum solvit, antequam à Creditore ipsi cedantur actiones, contra Confidejssores non habet regressum, nisi inter ipsos Specialis intercesserit conventio, vel tanquam Correi intervenerint.
- II. Perjurium quâ tale pænæ externæ in forô seculari non subiacet.
- III. Conjunctio conjugalis cum personâ quæ propter ætatem ad generationem inhabilis est, magis est criminosa, quam pro legitimô matrimoniô habenda.
- IV. Magistratui munera accipere licet, imo eadem simpliciter recusare in verecundum; secus dicendum de Judice.

*Allegata sic emendanda sunt:*

Th. 1. pro l. 6. ff. d. rei vind. lege l. 61. Th. 2. pro tit. 5. art. 8. lege  
tit. 5. art. 7. item pro tit. 6. art. 1. lege tit. 6. in pr. Th. 3. pro P. 4.  
Cap. 5. lege P. 4. C. 2. Th. 4. pro l. 6. C. Eod. lege l. 6. ff. Eod. Th. 6.  
pro tit. 5. art. 1. lege tit. 6. art. 1. item pro 3. Pol. 3. lege 3. Pol. 5. it:  
in fine pro arg. l. 13. lege arg. l. 11. Th. 10. pro l. 2. §. 5. lege l. 2. §. 3.  
item pro l. 25. C. lege l. 5. §. 6. C. item pro l. 4. pr. ff. d. Exer. Act. le-  
ge l. 4. pr. ff. de reb. Cred. Th. 16. pag. 27. pro tit. 6. art. 1. ib: lege tit.  
6. art. 1. ib. Th. 18. pag. 31. ad allegatum Grotium adde lib. 3.  
item pro tit. 3. lege tit. 3. art. 9. Th. 19. in fine pro pag. 143. b.  
§ 149. lege pag. 293 & 294.

(50) (50)

00 A 6303


ULB Halle 3  
002 928 574



VJ 17

Rehov







2. D. B. V. **XXIX.** 30  
DISSERTATIO JURIDICA SOLENNIS  
LOCO INAUGURALIS

*De*  
**BODEMERIA,**

*Quam*  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
**DN. FRIDERICO WILHELMO,**  
MARCHIONE BRANDENBURG, ELECTORATUS  
HÆREDE. &c. &c. &c.  
*IN INCLITA ACADEMIA FRIDERICIANA*  
EX DECRETO ILLUSTRIS FACULTATIS JURIDICÆ  
*P R Æ S I D E*

**DN. HENRICO BODINO,**  
POTENT. ELECT. BRANDENB. CONSILIARIO ECCLESIAST.  
IN DUCATU MAGDEBURGENSI GRAVISSIMO, PROFESSORE  
JURIS ORDINARIO, ET FACULT. JURID.

*h. t. DECANO,*  
**PATRONO, PROMOTORE AC HOSPITE**  
*SVO DEVENERANDO,*  
**PRO LICENTIA**

Summos in utrôque jure honores & privilegia Do-  
ctoralia quancuncque capessendi,

*D. XVII. DECEMB. ANNO M DC XCVII.*

*horis ante- & pomeridianis*

**IN AUDITORIO MAJORI**

*Publico Eruditorum examini submitti*

**HENRICUS RADEMIN Hamburgensis.**

*HALÆ MAGDEBURGICÆ,*

LITERIS JOHANNIS JACOBI KREBSII, ACAD. TYPOGR.

